Λαδίσλαος μὲν οὖν ὁ τῶν Παιόνων βασιλεύς, ἀπὸ τοῦ Ἀρδελίου διαβὰς τὸν Ἴστρον καὶ τὸν στρατὸν διαπορθμεύσας, ἀφίκετο ἐς τὴν βασιλέως χώραν, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύετο κατὰ τὴν τοῦ Εὐξείνου παραλίαν, Δοβροτίκεω τοῦ Μυσοῦ χώραν, ἐπὶ Καλλιάκρην τε καὶ ἐπὶ Βάρνην. καὶ ἐλθόντες ἐνταῦθα τάς τε πόλεις ἐπολιόρκουν. καὶ ἡ μὲν Βάρνη ὡς
C ἐπολιορκεῖτο, προσεχώρησε καθ' ὁμολογίαν, ἡ δὲ Καλλιάκρη ἑάλω τε προσβαλόντων τῶν Παιόνων καὶ ἀναβάντων ἐπὶ τὸ τεῖχος. ἐξελόντες δὴ καὶ ἐξανδραποδισάμενοι ἤλαυνον εὐθὺ τῆς Βυζαντίου χώρας καὶ Ὀρεστιάδος. καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ ταῦτα εἶχον, Ἀμουράτης δὲ ὁ Μεχμέτεω ἐλάσας ἐπὶ Καραμᾶνον τήν τε χώραν ἐδῄου, καὶ τὰ ὑποζύγια ληισάμενος ἐπολιόρκει τὴν τοῦ Κονείου ἀκρόπολιν. Καραμᾶνος μὲν οὖν ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς χώρας ἀποφυγὼν διέτριβεν αὐτοῦ, ὡς ἤν τις

monuit ne bellum moveret contra Turcos, quorum magna potentia esset: eos haud facile a Pannonibus subigi posse. cernebat namque Georgius non eum esse belli apparatum, ut Europam obtinere possent. plurimi namque in ea agebant Turci, in castris tantum non educati, quique plerumque non aliunde quam ex bellis victum pararent. genus autem hoc hominum, cum ad desperationem adactum fuerit, virtutem memorabilem ubique ostendere solet. praeterea ostendit Vladislao Turcos plurimum rebus bellicis reliquas gentes excellere.

Vladislaus his nihil persuasus, ab Ardelio sive Transylvania profectus, Istrum traiecit, et copias omnes transportavit in regis regionem, et ibi castrametatus est iuxta Euxini maritimam Dobroditiam, Bulgarorum regionem. hinc castra moventes, Calliacren et Barnem sive Varnam urbes obsidere et oppugnare aggressi sunt. Barne pactionibus in dicionem accepta est. Calliacre vero vi capta est, Pannonibus ascendentibus impigre murum et impetu in eam irruentibus. hanc ubi occupassent et diruissent necnon foede diripuissent, plurimis abductis mancipiis, profecti sunt recta ad Byzantii et Orestiadis regionem. haec quidem egerunt Pannones. Amurates Mechmetis filius, bello petens Caramanum, eius regionem populatus est; et iumento-

ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἄκρων ἀμυνούμενος, διεκαρτέρει. καὶ ἐπρεσβεύετο πρὸς τὸν Ἀμουράτην, ὑποσχόμενος διδόναι τε ὁμήρους, καὶ τὸν παῖδα ἐς τὰς θύρας αὐτοῦ ἐπιπέμπειν, καὶ φόρον ἀπάγειν τοῦ ἔτους διπλάσιον οὗ ἀπέφερε πρότερον. D ταῦτα δὴ οὖν προτείνοντος τοῦ Καραμάνου, καὶ δεομένου σπένδεσθαι αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ, ἐνταῦθα ἀφίκετο ἀγγελία παρὰ τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος ὡς οἱ Παίονες ἐπελαύνοντες διαβαίνουσι τὸν Ἴστρον. καὶ τότε δὴ τοὺς λόγους ἐδέχετο τοῦ Καραμάνου καὶ σπονδὰς ἐποιεῖτο, λαβὼν δὲ ὁμήρους καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἀπήγαγε τὸν στρατόν. τὸν μὲν οὖν Ἑλλήσποντον ἐπυνθάνετο κατέχεσθαι ὑπὸ τῶν νεῶν τῶν Ἰταλικῶν καὶ ἑσπερίων. ἐνταῦθα ἐν ἀπόρῳ ἐχόμενος ὅ τι χρήσαιτο τῷ παρόντι ἐς διάβασιν, τὸν στρατὸν ὅμως ἦγε σπουδῇ ἐπὶ τὸν P. 173 Ἑλλήσποντον, ὡς τάς τε τριήρεις, ἢν ἐπιπλέουσαι διακωλύωσι, τοῖς τηλεβόλοις ἀπελασόμενος. ἔστι γὰρ τοῦτο τῆς Προποντίδος στενώτατον ἐπιεικῶς, καὶ πύργος ἔνεστιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ἱερὸν καλούμενος, ὥστε μηδαμοῦ ἑτέρωθι ἐς τοσοῦτον βραχὺ ξυνιέναι τὼ ἠπείρω διαστῆσαι. ἐνταῦθα ὡς ἐπῆγε τὸν στρατὸν διαβησόμενος, τὸν τῆς Εὐρώπης τε καὶ Ἀσιανόν, τὰς μὲν τριήρεις οὐκέτι κατέλαβεν ἐνταῦθα· ἄνεμοι γὰρ ἰσχυροὶ πάνυ οὐκ εἴων τὰς τριήρεις ἐς τὴν Προποντίδα εἰσπλέειν,

1. αὐτὸν] αὐτὸν ἴῃ? 18. τῷ ἠπείρῳ P

rum pecorisque praedas agens, Conii arcem obsidione pressit. Caramanus ad montes regionis confugiens ibi morabatur, volens, si hostis accederet, eum fortiter repellere. tandem legationem misit ad Amuratem, promittens obsides necnon filium suum, quem in ianuas regis mittere vellet. addebat se duplo maius quam hactenus regi tributum quotannis persoluturum. Caramanus cum his condicionibus pacem peteret, forte advenit ad regem nuntius ab Triballorum duce missus, referens Pannones transgressos esse Istrum. hoc igitur nuntio nonnihil territus petitionem Caramani admisit et cum eo foedus iniit, acceptisque obsidibus et filio exercitum abduxit. cum intelligeret Hellespontum teneri ab navibus Italorum et Occidentalium, anxius animi erat, cum haud satis constaret quo pacto in praesentiarum in Europam transvehi posset. nec tamen exercitum, summa celeritate adhibita, ad Hellespontum ducere omisit, ut naves hostium, si adnavigarent, bombardis et reliquis tormentis abigeret. est autem iste locus Propontidis angustissimus; et turris isti est in Asiam recedens, quae Sacra nominatur, ut neutro sic coeat, ut ab continente submoveatur. cum igitur huc venisset, in animo agitans Europae et Asiae exercitum in Europam transmittere, triremes non amplius invenit. nam ventus, qui coortus erat admodum validus, haud sinebat naves in Propontida navigare. is ventus multis regnavit diebus, nec naves ullo

B καὶ πνεῦμά τε ἰσχυρὸν κατῄει ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας, βιαζόμενον τὰς ναῦς μηδαμῇ ἀναπλεῦσαι ἐναντία τοῦ πνεύματος. Ἀμουράτης δέ, ὡς αἱ τριήρεις οὐκέτι παρῆσαν αὐτοῦ, καθ' ἡσυχίαν διέβαινεν αὐτός τε καὶ ὁ στρατὸς ἅπας. ἐπεὶ δὲ διεβεβήκει, ἄγγελον ἔπεμψε παρὰ τὸν Βυζαντίου βασιλέα, ἐροῦντα αὐτῷ ὡς διαβαίνοι σῶς καὶ ἐπὶ τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ ἰθὺ ἐλαύνοι, καὶ εὔχεσθαι παραγγέλλει ὡς κάλλιστα αὐτῷ τὰ ἐς τοὺς πολέμους.

modo contra ipsum niti poterant. Amurates igitur, cum hostium triremes non amplius adessent, per otium ipse simul cum universis copiis in Europam transportatus est. cum transvectus esset cum copiis suis, ad Byzantii regem nuntium misit, qui diceret se salvum et incolumem cum universo exercitu transvectum esse in Europam et pergere contra hostes. proinde ne cunctaretur quam celerrime conscripto exercitu subsidio venire.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Η ΕΒΔΟΜΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE
ATHENIENSIS
HISTORIARUM
DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM
LIBER SEPTIMUS.

Βασιλεὺς δὲ Ἑλλήνων ὡς ἐπύθετο τὰ παρὰ τοῦ ἀγγέλου, P. 174
ἤχθετο μὲν οἷα εἰκός, διαβεβηκότος οὕτω ὥστε μὴ διακωλῦ- V. 136
σαι τὴν διάβασιν ἀμαχητί, ἀλλ' ἡσυχῇ διαβάντα τόντε στρατὸν αὐτοῦ ἅμα διαπορθμεῦσαι, καὶ ἔφερε μὲν χαλεπῶς, ἐβουλεύετο δὲ ὅπως τῷ παρόντι χρήσαιτο, καὶ εἴτε πόλεμον ἀπαγγέλοι τῷ Ἀμουράτῃ εἴτε εἰρήνην. εἰ μὲν γὰρ εἰρήνη αὐτῷ εἴη πρὸς Ἀμουράτην, ἐχρῆν ἐλαύνοντι διὰ τοῦ Πόντου τὴν χώραν αὐτοῦ ἀγοράν τε ἅμα παρέχειν καὶ τὰ ἐπιτήδεια. καὶ

Graecorum rex ut audivit quae adferebat nuntius Amuratis, dolebat animo, quemadmodum verisimile est, quod eum transitu prohibere nequivisset, verum absque praelio transiisset et per otium copias traduxisset omnes. haec quidem molesto ferebat animo. deliberabat quid in praesenti rerum statu potissimum ageret, bellumne sive pacem Amurati nuntiaret. nam si pacem cum Amurate retiuere instituisset, fore ut ei per Ponti regionem exercitus ductanti cogeretur

τοῦτο ἐδόκει δεινὸν αὐτῷ ἔσεσθαι πρὸς τῶν Παιόνων, ἐπειδὰν περιγένωνται τοῦ Ἀμουράτεω, καὶ ἀχθησομένους αὐτῷ P. 175 διὰ τοῦτο τοὺς Παίονας. ἐδόκει τε οὖν ἐπὶ τὴν τῶν Παιόνων μοῖραν τραπομένους ἑλέσθαι τε τὰ ἐκείνων, καὶ πόλεμον ἀπαγγέλλειν τῷ Ἀμουράτῃ. ὡς μὲν οὖν ἡ γραφὴ ἐδήλου, οὐ πάνυ τι διεσάφησε Χαλίλης ὁ Πραΐμεω, ἐπιτήδειος ὢν ἐν τῷ τότε τοῖς Ἕλλησι, καὶ βουλόμενος ὡς ἥκιστα αὐτοὺς πολεμεῖν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς βασιλεῖ, πρὶν ἢ καραδοκῆσαι οἷ χωρήσει ὁ πόλεμος.

Ἀμουράτης μὲν δὴ εὐθὺ τῶν πολεμίων ἐλαυνόντων ἐστρατεύετο παρασκευασάμενος, καὶ τὸ ἄλλο τῆς Εὐρώπης στράτευμα κατέλαβεν ἠθροισμένον αὐτῷ, καὶ προσιὼν ἑκάστοτε οἱ ἐπὶ τὸν πόλεμον. οὗτος δὲ κατόπιν ἐλαύνων τοῦ Παιόνων στρατοῦ ἐστρατοπεδεύετο νυκτός, ἔνθα τῇ προτεραίᾳ ἐπηυλί- B ζοντο οἱ Παίονες, καὶ ἡμέρᾳ αὖ ἤλαυνε καὶ ἐστρατοπεδεύετο ἐς τὸν σταθμὸν τῶν Παιόνων, ᾗ ἐστρατοπεδεύοντο. τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ ἡμέρας τέσσαρας, καθορῶν τε τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων καὶ ὡς ἔχουσι διαθέσεως ἐς αὐτόν, εἴτε περιδεεῖς ἐπίασιν, ὥστε ἐπὶ βραχύν τινα χρόνον συστέλλεσθαι, εἴτε καὶ τόλμῃ χωροῦντες, μηδὲν δεδιότες, στρατεύονται, καὶ ὡς ἔχουσί τε ἐπιτηδείων ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ταῦτα γὰρ ἅμα συνειδείη ἄν τις ἑπόμενος τῷ πολεμίων στρατοπέδῳ, καὶ ἐπιλογίσαιτο σαφέστατα ὡς ἔχουσί τε δέους καὶ τόλμης καὶ ὡς

2. ἀχθεσομένους? 19. περιδεὴς ἐπὶ πᾶσιν P

commeatum et necessaria praestare. qua re se maxime offensurum Pannones iudicabat; et hinc maximum sibi imminere periculum a Pannonibus, si Amuratem devicissent. videbatur igitur eo tempore consultissimum fore, sequi Pannonum partes et bellum Amurati inferre. Chatites Priami filius Amuratem non omnium, quemadmodum eius literae indicant, certiorem reddidisse videtur. amicus etiamnum ea tempestate erat Graecis, et volebat hos quam minime ex aperto bellum gerere cum rege, priusquam satis explorassent quonam bellum esset erupturum.

Amurates igitur, cum contra ipsum recta pergerent hostes, arma bene instructus capiebat; et exercitum Europae universum congregatum accipiens, singulos ad bellum fortiter suscipiendum cohortabatur. secutus igitur Pannonum exercitum, noctu eo loci castra muniebat, ubi hostes praeterita die castra posuerant. similiter cum dies illuxisset, haud longe ab Pannonum castris et sua locabat. hoc faciebat per dies quattuor, ut posset contemplari hostium multitudinem, necnon quis eorum esset ad id bellum animorum habitus: formidolosine essent et proinde cito omissuri eam expeditionem, an audacia freti, nihil metuentes, pro-

ἔχουσιν ἐπιτηδείων καὶ πλήθους, ὁδός τε εἴη ὁ στρατὸς ἢ
ἐγγὺς τούτου. ταῦτα μὲν οὖν Ἀμουράτης ἐλαύνων κατόπιν
ἐλογίζετο ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας· τῇ δὲ πέμπτῃ Ἰωάννης ὁ C
Χωνιάτης, ὡς ᾔσθετο κατὰ πόδας ἐλαύνειν τὸν βασιλέως V. 137
στρατόν, ἐς βουλήν τε καθίστατο σὺν τῷ Παιόνων βασιλεῖ,
καὶ ἐβουλεύοντο εἰ τὴν μάχην αὐτοῦ ποιήσαιντο καὶ μαχεσά-
μενοι οὕτω τοῦ πρόσω ἔχοιντο, ἢ ἀμαχητὶ προΐοιεν, κατα-
λαμβάνοντες τὴν χώραν. ἐνταῦθα ἔδοξε βουλευομένοις τὴν
μάχην ποιεῖσθαι, ὡς ἂν μὴ ἐπισπώμενοι ἐνοχλοῖεν καὶ πρά-
γματα ἔχοιεν, ὥστε κωλύεσθαι, ἤν τι ἐπιχειροῖεν ἐς τὴν χώ- 1444
ραν αὐτοῦ. ὡς οὖν ἐδέδοκτο καὶ ἐπέμενον, ἐνταῦθα Ἀμου- d. 10 Nov.
ράτης ἀφικόμενος ἐστρατοπεδεύετο ἐν τῷ πεδίῳ. καὶ πρῶτα
μὲν τοὺς νεήλυδας παραταξάμενος ἐκυκλοῦτο ὑπὸ τῶν θυ-
ρεῶν, εὐμεγέθεις πηξάμενος σιδηρίους ἐς τὴν γῆν. φέρει δὲ D
τούτους αἰεί, ὅποι ἂν στρατεύηται βασιλεύς, ἐπὶ τῶν καμή-
λων· καὶ πρός γε τὰ ὅπλα τῶν νεηλύδων ἐπὶ τῶν καμήλων
φέρει, καὶ ὅποι ἂν ἔσοιτο αὐτῷ ἐν τῇ μάχῃ, διανειμάμενος
τὰ ὅπλα ἐς μάχην καθίσταται. μετὰ δὲ τούτους τοὺς θυ-
ρεοὺς ἄγων καὶ τὰς καμήλους αὐτοῦ ταύτῃ ἔμπροσθεν τῶν
θυρεῶν ἔστησε, καὶ οὕτω παρετάσσετο ἐς τὰς θύρας. ἐν μέ-
σῳ δ' αὐτός τε καὶ οἱ τοῦ οἴκου ἡγεμόνες καὶ οἱ τῶν θυ-
ρῶν, ὅσοι πάρεισιν αὐτῷ ἐς τὸ στρατόπεδον. τὸ δὲ Εὐρώ-

1. ὅλος?

fectionem facerent; praeterea an omnia in castris eorum ordine gererentur: abundarentne commeatuum copia, an secus. haec omnia quis facile explorare potest, si subinde hostilem sequatur exercitum. exactissime etiam cognoscat hoc modo, audacesne an timidi sint; praeterea an inter se consentiant, si agmen sit iter ingressurum aut ingrediatur. haec quidem per quatriduum explorare haud cessabat Amurates. quinto autem die Ioannes Choniates ut sensit subsequi regis exercitum, deliberat, adhibito in consilium et Pannonum rege, ibine velint praelii aleam experiri et sic ulterius proficisci, an praelium detrectantes ulterius progredi, hostilem regionem occupantes. decreto igitur facto, pugnandum esse, hostium adventum expectarunt. Amurates igitur adveniens castra in eodem communit campo. peregrinos primo locavit, qui per circuitum ferramenta magna defigebant; et in hunc modum ab ianuis quasi circulo ambiebatur rex. ferramenta illa, quocunque cum exercitu proficiscitur rex, portant cameli, necnon peregrinorum arma. si praelium occipiendum est, arma inter milites distribuit. post hos scuta collocavit, et ante scuta camelos suos constituit. hic ordo iannarum est. in medio autem consistunt ipse rex et aulae eius duces, necnon quotquot ipsi de ianuis in exercitu praesto sunt. in proximo statuitur Europae exercitus; cui

πης στράτευμα παρετάσσετο αὐτῷ ἔχον στρατηγὸν Καραζίην, ἄνδρα εὐδόκιμον. ἐτάσσετο δὲ κατὰ ἴλας χωρὶς ἀπ' ἀλλή-
P. 176 λων διεστηκυίας οὐ πολλῇ χώρᾳ. καὶ τὸ Ἀσίας στράτευμα ἐτάσσετο κατὰ ἴλας ἐπὶ μέτωπον ἱσταμένας ξυμπάσας, ὥστε ἀλλήλαις ἐπιβοηθεῖν, ἐπειδάν τι τούτων ὑπὸ τῶν πολεμίων πονῇ· τὰ γὰρ ἱππικὰ στρατεύματα οὐκ ἔχει τάσσεσθαι ἄλλῃ πῃ ἢ κατὰ ἴλας, ἐπεὶ τὰ πεζικὰ ἔχει καλῶς παρατάσσεσθαι ἐπὶ κέρᾳ, οὐ μέντοι γε οἱ ἱππεῖς. Παίονες δὲ παρετάσσοντο καὶ οὗτοι κατὰ λόχους καὶ φρήτρας· καὶ οἱ Παίονες εἶχον τὸ δεξιόν. οἱ δὲ Δᾶκες τὸ εὐώνυμον.

Καὶ Ἰωάννης μὲν ὁ Χωνιάτης ἔχων τὴν φακζήν, τοὺς Βιτάξιδας καλουμένους, ἐπῄει ἐπὶ τὸν τῆς Ἀσίας στρατηγόν. καὶ οἱ πολλοὶ μὲν αὐτῶν οὐδὲ ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἐδέξαντο
B τοὺς Παίονας, ἀλλὰ ἔφευγον ἐκ πολλοῦ, παρείχοντό τε τοῖς ποσὶν ἐπιδιώκειν, ἔνθα γενόμενοι διεσπάρησαν. καὶ τὸν δεύτερον τῆς Ἀσίας στρατὸν οὕτω δὴ τρεψάμενος ἐδίωκεν. ὑπελείπετο δὲ αὐτῷ τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα, ἑστηκός τε καὶ οὐδαμῇ χωρῆσαν, ἀλλ' ἐπιμένον τοὺς πολεμίους. δῆλα γὰρ ὡς βασιλέως ἑστηκότος τὰ στρατεύματα ταῦτα τῆς Εὐρώπης ἕστηκε. καὶ ἤν τε μὴ δεξάμενα τοὺς πολεμίους ἐς φυγὴν γένοιτο, αὖθις ἐπάνεισιν ἐπὶ τὸ βασιλέως στρατόπεδον. εἰώ-

1. Caradiam, non Rumiliae sed Anatoliae fuisse beglerbegum Hammerus monet I p. 655. 11. τὴν φακζήν, τοὺς Βιτάξιδας] die Faction (la fazione) der Büchsenschützen. Hammer I p. 644. cf. p. 657. 14. τοῖς Παίοσιν?

praeest dux insignis nomine Carazies. is autem exercitus distribuebatur per manipulos, qui parvis interstitiis dirimebantur. Asiae quoque exercitus in aciem educebatur et a fronte locabatur, in manipulos segregatus, ut se mutuo adiuvare possint, si quid periculi ab hoste ingruisset. nam equestres copiae non nisi in turmas separatae hosti opponi possunt, cum interim pedestres pulchre in cornua aptari possint, equites vero minime. Pannones interim haud otio torpebant, verum et ipsi aciem exornabant per turmas et tribus suas. Pannones in dextro, Daci in sinistro curabant cornu.

Ioannes Choniates habens Phazen, id est eos qui Bitaxides vocantur, proficiscebatur contra Asiae ducem. plurimi Asiani haud sustinentes Pannonum impetum, antequam ad manus ventum esset, fugam arripiebant. fugientes persequebantur Pannones; tandemque dispersi fugientibus inhaerentes, Asiae exercitum terga dare coegerunt. regi relinquebatur Europaeus exercitus, qui adhuc stabat nec quoquam fugerat, expectans hostem. manifestum enim esse reor, quantisper manserit rex, tantisper etiam Europae exercitum consistere.

θει γὰρ γένος, μετά γε Σκύθας τοὺς νομάδας πάντων δὴ μάλιστα ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, φεῦγον αὖθις ξυνίστασθαί τε αὐτῷ καὶ ἐπανιέναι ῥᾳδίως καὶ αὖθις ἐς τὴν μάχην, καὶ τρεπόμενον C εὐπετῶς, ὅποι ἂν αὐτῷ λυσιτελοίη. οἱ μέντοι Δᾶκες ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ τῆς μάχης, ὡς ἑώρων τοὺς Ἀσιανοὺς ἐς φυγὴν τρεπομένους, οὐκέτι δὴ ἐνταῦθα ἐπέσχον, ἀλλ' ἐς τοὺς βασιλέως θησαυροὺς τραπόμενοι διήρπαζόν τά τε χρήματα καὶ τὸν βασιλέως κοιτῶνα, καὶ τὰς καμήλους ἐφόνευον, ἀλλήλοις διακελευόμενοι. ὡς δὲ ἔργου εἴχοντο καὶ ἱκανῶς εἶχον τῆς διαρπαγῆς, οὐκέτι ἰόντες ἐς μάχην παρετάσσοντο ἐν οὐδενί, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον ἤλαυνον. Ἰωάννης μὲν οὖν, ὡς ἐτρέψατο τῆς Ἀσίας στράτευμα, ἀφίκετο ἐπὶ Λαδίσλαον βασιλέα, παραινῶν αὐτῷ ἵστασθαι καὶ ἱδρῦσθαι κατὰ χώραν, μηδὲ προϊέναι ποι συμβαλοῦντα τοῖς πολεμίοις, D ὡς ἂν ἐπανιόντι κατὰ τοῦ βασιλέως χαλεπὸν ἀποβαίη, καταφυγὴ ἐκ τῆς μάχης γένοιτο. καὶ παρεγγύα μηδενὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπιτρέπειν ἄλλῃ πῃ ἀπιέναι, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντας ἐπιμένειν, V. 138 ἐς ὃ ἂν μαχεσάμενος καὶ τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα τρεψάμενος ὑποστρέψηται, καὶ τότε ἐπὶ τὰς θύρας ἅμα, ὑπολειπομένου τοῦ ἀγῶνος τούτου, ἁλῶσι μετὰ ταῦτα, καὶ ἐξεργάσωνται καὶ τοῦτον τελευταῖον ἀγῶνα. ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ἀπῄει συνταξάμενος ἐπὶ τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα, ὃ ἐπὶ

1. τὸ γένος τοῦτο? 2. αὐτό? 11. οὐδενί] οὐδενὶ κόσμῳ? 15. εἴ τι ἰόντι?

qui etsi hostibus non restiterit, verum in fugam abierit, attamen in regia castra revertitur. nam istud hominum genus novimus post Scythas pastores maxime fugere, seque in fuga facillime colligere et praelium redintegrare. in fugam vero versi facile servantur. Daci inter pugnae tumultum cum cernerent Albanos in fugam effusos, nec sibi temperarunt: verum in regios thesauros conversi eos et regni opes diripuerunt, necnon regium cubiculum, interfectis camelis, cum sese mutuo ad istam rem usque cohortarentur. occupati isto opere cum forent, praedandique iam obrepsisset satietas, haud in praelium redibant, nec ulli parere volebant, sed in castra sua revertebantur. Ioannes cum fugasset Asianum exercitum, accedebat ad regem Vladislaum, eumque diligenter monebat ut eo loci cum suis militibus subsisteret, nec eos quoquam abire pateretur, ut sibi redeunti in pugnam contra Amuratem, si quid periculosius ingruisset, refugium tutissimum, quo se reciperet, esset. praecepit quoque Vladislao ut obtestaretur milites qui secum erant, ne se loco moverent, verum in iisdem vestigiis haerentes expectarent, donec fuso fugato victoque Europae exercitu victor reverteretur, et donec praelium, quod nunc so-

τὸ εὐώνυμον τοῦ βασιλέως παρετάσσετο μέρος, καὶ συμβαλὼν P. 177 ἐμάχετο ἐπὶ χρόνον τινά. ἐγένετο δὲ ἡ μάχη οὕτως. ὡς συμβάλλοιεν οἱ Παίονες ἐς χεῖρας ἐλθόντες, τρεψάμενοι τοὺς Τούρκους ἐδίωκον, ἕως οὗ ἐγένοντο ἀγχοῦ τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ. μετὰ δὲ εὐθὺς συστρέψαντες οἱ Τοῦρκοι ἐδίωκον τοὺς Παίονας χρόνον ἱκανόν, ἄχρις οὗ γένοιντο καὶ οὗτοι ἐν τῷ στρατοπέδῳ αὐτῶν. καὶ ὁπότε μὲν βιασάμενοι οἱ Παίονες τοὺς Τούρκους ἐπικέοιντο διώκοντες, ἐνταῦθα συχνοὶ τῶν Τούρκων ἔπιπτον καταπατούμενοι ὑπὸ τῶν Παιόνων. καὶ μὲν δὴ καὶ Παίονες ἐν τῇ ἀποχωρήσει πολλοὶ ἀπεγίνοντο, ὁπότε δὴ αἰδοῖ ἀποχωροῦντες. ἐν τούτῳ πίπτει Καραζίης τῆς Εὐρώπης στρατηγός, ξίφει Παιονικῷ βληθεὶς κατὰ τὸ B στῆθος, δορατείῳ τραύματι. τὰ γὰρ Παιονικὰ ξίφη σχεδόν τι δή, καὶ τὰ τῆς Γερμανίας ἁπάσης, ἐληλαμένα τυγχάνει ἐπὶ μήκιστον καὶ ὀξέα, οὐ μέντοι τοιαῦτα οἷα καταίροντας κόπτειν ὅτι καὶ ἄξια λόγου, ὡς τὰ βαρβαρικὰ ἢ καὶ Ἰταλικά. τὰ μὲν βαρβαρικὰ τοιαῦτα (Τούρκων δέ ἐστι ταῦτα), βάρος ἴσχοντα πάμμεγα καὶ ἐφ' ἑνὶ ἔχοντα τὴν τομήν, καταβαίνουσί γε μάλιστα δὴ πάντων τῶν ξιφῶν ὧν ἡμεῖς ἴσμεν· δεύτερα δὲ τούτων τὰ Ἰταλικά, Ἑλληνικά ποτε γενόμενα. τὰ δὲ Γερμανικὰ καὶ Παιονικὰ μακρὰ μέν εἰσι καὶ στρογγύλα, τετράγωνα, τὴν τομὴν ὀξέα, ἐς ὀξὺ δὲ πάνυ λήγοντα δόρατος

lum cum ianuis reliquum sit, conficiat. haec cum dixisset, confestim accingebatur ut praelium committeret cum Europae exercitu, qui ad sinistram regis instructus stabat. et manus conserens aliquandiu pugnabat. pugnae autem haec facies erat. cum ventum esset ad manus, Pannones Turcos fugabant eosque usque ad castra persequebantur. Turci conversi deinde Pannones insequebantur: nec a persecutione cessarunt prius quam et eos ad castra compulissent. si quando Pannones victoria fruebantur, Turcos persequebantur acerrime, plurimique cadebant, obtriti a Pannonibus. etiam Pannones aliquando, quamvis plurimi forent, cum rubore retro gradum ferebant. cecidit ibidem Carazies Europae dux, Pannonico gladio transfixus. solent enim Pannonici gladii vulnera dare, quae nihil differunt ab istis quae facere consueverunt hastae. gladii namque Pannonum et Germanorum longi sunt et acuti, nec librato ictu feriunt, quemadmodum barbarici et Italici. barbarici gladii (et eiusmodi utuntur Turci) ponderosi sunt admodum, unaque tantum parte scindunt. nec scio gladios quorum acies altius in corpora penetret. his comparantur gladii Italici, qui quondam Graecis in usu fuere. Germanici et Pannonici gladii longi et rotundi, necnon interdum quadrati sunt: aciem habent acu-

ἐπιφέρουσι τομήν, τοῦ ἐφ' ἵππου κατεπερειδόντος αὐτὸ ὡς ἐς τὸ τοῦ δόρατος σχῆμα.

Καραζίης μὲν οὖν οὕτως ἐτελεύτησε· περὶ δὲ Λαδίσλαον C τὸν Παιόνων βασιλέα ἐγένετο τοιάδε. ἦσαν γὰρ παρ' αὐτῷ ἄνδρες φθονοῦντες καὶ ἀχθόμενοι τῷ Ἰωάννῃ διὰ τὴν ἀρετήν. ὡς ἑώρων αὐτὸν καλῶς διέποντα τὰ ἀμφὶ τὸν πόλεμον, καὶ τρεψάμενον μὲν τὸ τῆς Ἀσίας στράτευμα ἅπαν, μαχόμενον δὲ καὶ πρὸς τὸ τῆς Εὐρώπης γενναιότατα καὶ ἀνελόντα στρατηγὸν αὐτοῦ Καραζίην, ἔλεγον πρὸς βασιλέα τοιάδε. "ὦ βασιλεῦ, τί ἑστηκότες ἐνθάδε ἀναμένωμεν Ἰωάννην τάδε πάντα διαπράττεσθαι, ὡς μόνῳ ἀνδρὶ ὄντι ἐπιτρέποντες αὐτῷ τοὺς πολεμίους διώσασθαι; ἡμῖν γὰρ ἐς αἰσχύνην ἐπιεικῆ τινὰ φέρει πάνυ τοῦτο, ἡμᾶς μὲν ὧδε ἑστηκότας ὁρμᾶν τὸν σὸν δοῦλον μαχόμενον τούτοις τοῖς Τούρκοις. ἐχρῆν γὰρ δὴ βασιλέα ὄντα ἡμῶν σὺν ἡμῖν τοῖς ἀμφὶ αὐτὸν οὖσιν D ἀποδείκνυσθαι ἔργα, οἷα ἐπαινέσαιντο καὶ αἱ γυναῖκες ἡμῶν καὶ οἱ ἐν ταῖς πόλεσιν ἡμῶν, τὴν μάχην πυνθανόμενοι ὡς ἐγένετο, καὶ οἱ πολέμιοι. ἀλλ' οὗτος μὲν τρεψάμενος τοσοῦτον στῖφος ἀνθρώπων ἀποφέρεται δόξαν ἀθάνατον· σοὶ δὲ ἑστηκότι μόνον ἐνταῦθα καὶ ἐφορῶντί θ' ἕκαστα ὄνειδος καταλείπεται ἐς τοὺς ἐπιγινομένους. μηδὲ γὰρ οἴου ὡς ἐπειδὰν τρέψηται τὰ στρατεύματα, αἱ τοῦ βασιλέως θύραι ἐπιμενοῦ-

12. δηώσασθαι P 14. ὁρᾶν?

tam et in mucronem oblongum desinunt. vulnera infligunt, si quis iis utatur insidens equo, talia qualia hasta dari solet.

Pannonico gladio transfossus expiravit Carazies. nunc quid penes Vladislaum regem Pannonum acciderit dicetur. erant apud hunc regem viri complures, qui invidebant Ioanni Huniadi eiusque virtutem aegris ferebant animis. videntes igitur eum pulchre et decenter bellum administrare, et in fugam egisse Asiae exercitum universum, necnon generosissime dimicare contra Europae exercitum, cuius ducem Caraziem nomine peremerat, sic allocuti sunt regem. "o rex, quid hic consistimus et expectamus Ioannem, eique, quasi solus vir sit, permittimus hostes vincere et reliqua omnia perficere? infamiam maximam nobis importat, dum hic otiosi tempus terimus: servum vero tuum sinimus festinare et pugnare contra hostes. opportebat sane regem nobis adiunctum militaria facta edere, quae plurimum laudis mereantur apud uxores nostras et apud eos qui urbes nostras inhabitant, necnon apud Turcos. verum ille in fugam vertens tantam hominum multitudinem, gloria potitur immortali: tibi autem hic stanti et singula spectanti ignominia relinquitur; quam etiam ad posteros transmittes. nec enim est ut vereare, ianuarum milites nos

σιν ἡμᾶς ἐπιόντας, ἀλλὰ φεύξονται τὸ παραυτίκα ὅποι προ-
P. 178 χωρήσειεν. ἴθι οὖν ἐπὶ τὰς θύρας ἴωμεν τοῦ Ἀμουράτεω·
βασιλεὺς γὰρ ὢν προσφέρεσθαι βασιλεῖ δίκαιος ἂν εἴης."
ταῦτα ἀκούσαντα τὸν νεανίαν ἐπειδή τε ὁ λόγος ἔργων οἷα
μεγάλων ὀρεγόμενος, καὶ ὡς εἶχε τάχους, ἐλαύνει ἐπὶ τὰς βα-
σιλέως θύρας, ᾗ ἑστήκει συντεταγμένος ὡς ἐς μάχην, καὶ
V. 139 τάφρον πέριξ τε ὀρυξάμενος ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐπέμενεν ἰδεῖν
ᾗ χωρήσει ἡ μάχη. ὡς δὲ ἐνέβαλεν ἐς τοὺς νεήλυδας, καὶ
ἐμάχοντο κυκλωσάμενοι ἐντὸς οἱ νεήλυδες, καὶ ἀπολαβόντες
ἐμάχοντο ἀξίως λόγου. ἐνταῦθα πελέκει ὁ ἵππος τοῦ βασι-
λέως Παιόνων τιτρώσκεται τοὺς πόδας καὶ πίπτει. πεσόντος
δὲ οὔτε ᾔσθοντο οἱ ἀμφ' αὐτὸν οὔτε ἑωράκεισαν ὑπὸ τοῦ
θορύβου τοῦ ἀμφ' αὐτοὺς γενομένου. ἐνταῦθα ἀφελόμενοι
B τὸ κράνος οἱ νεήλυδες καὶ ἀποτεμόμενοι τὴν κεφαλὴν ἀπή-
γαγον ἐς βασιλέα. Θερίζης δὲ ἦν τοὔνομα ὁ νέηλυς, ᾧ διὰ
τοῦτο ἀνδρεῖόν τι νέον ἐπέτρεψε βασιλεὺς Ἀμουράτης ἔχειν
καὶ μεγάλα ἐτίμα. Ἀμουράτης μὲν οὖν ἐνταῦθα λέγεται, ὡς
ἑώρα ἐμβαλόντας τοὺς Παίονας καὶ μαχομένους ἀξίως λόγου,
ὥρμητο ἐς φυγήν· πρὶν δὲ αὐτὸν ἐς φυγὴν τραπῆναι, τὶς
ἰδὼν αὐτὸν ἐβλασφήμησε, δεινὸν λογισάμενος εἰ ἐκφύγοι, κα-
τέσχε τε αὐτόν, καὶ μετ' οὐ πολὺ τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως
Παιόνων ἐς βασιλέα Μουσουλμάνων ἀπήγαγον.

1. προχωρήσαιεν P   4. ἐπειθέ τε — ὀρεγόμενόν?

nos accedentes fortiter suscepturos, cum ab Ioanne adeo facile Asianus exercitus fugatus sit: verum fugam, ne dubites, inibunt. age igitur, contra ianuas regis pergamus. cum enim sis rex, ut cum rege congrediaris honestum est" haec cum audivisset rex adolescens, (magna enim ista oratio pollicebatur) quam citatissimo agmine contendit ad ianuas, ubi Amurates stabat paratus ad praelium, et fossa munitus expectabat quis praelii eventus esset futurus. Pannones adorti sunt peregrinorum coronam, qui et ipsi fortiter inter castra praelium pro Amurate ciebant. ibi equus, quo vehebatur Pannonum rex, securi feritur, et pedes vulneratus corruit una cum sessore. at qui proxime steterant (tantus praelii tumultus erat) non senserunt casum regis. peregrini victoria potiuntur, caputque Pannonum regis rettulerunt ad Amuratem. nomen autem peregrini qui id facinus memorabile ediderat, erat Therizes; qui insigne virtutis praemium apud regem consecutus est, eumque in maximo honore habuit. ferunt Amuratem, cum Pannones irruerent et fortiter dimicarent, fugam inire statuisse. antequam fugam arriperet, visum esse a viro id moliri regem; qui regem conviciis lacerans, ut qui nequaquam honeste ageret, si fuga sibi consuleret, eum retinuit. nec multo post caput regis Pannonum abscissum allatum est in castra ad regem Musulmanorum.

Οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν βασιλέα Παίονες ὡς ἀπήλαυνον, ἐζήτουν τὸν βασιλέα· μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ᾔσθοντο ἐνταῦθα πεσόντος καὶ ἀποθανόντος, ἐνέβαλον μὲν αὐτίκα, πειρώμενοι C ἀνελέσθαι τὸν νεκρόν, οὐ μέντοι περιεγένοντο· ἐπύρωσε γὰρ τοὖργον τοὺς νεήλυδας, καὶ ἐμάχοντο μεγάλως. μετὰ δέ, ὡς οὐκ ἠδύναντο ἀνελέσθαι τὸν νεκρόν, ἀπήλαυνον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καὶ αὐτίκα ἡ φήμη ἀφικομένη ἐπὶ τὸν Χωνιάτην καὶ ἐς τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν ταῖς συντάξεσιν ἔπαυσέ τε μάχης. καὶ ἀποχωροῦντος καὶ ἰόντος ἐν οὐδενὶ κόσμῳ, ἐπυνθάνετο ἕκαστα, οὐκέτι ἤλαυνεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἀλλ' εὐθὺ τοῦ Ἴστρου ἐπορεύετο αὐτός τε καὶ οἱ Δᾶκες, καὶ ὡς εἶχον σπουδῆς, ἔφευγον ἐν οὐδενὶ κόσμῳ καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν βασιλέα Παιόνων. ἐν ταύτῃ τῇ ἀποχωρήσει ἐτελεύτησεν ὑπὸ Τούρκων Ἰουλιανὸς καρδινάλιος, ἀνὴρ τὰ πάντα γενόμενος ἄριστος. καὶ ἄλλοι τε ἔπεσον ἐν τῇ ἀποχωρήσει ἄνδρες ἀγαθοὶ D οὐκ ὀλίγοι Δακῶν.

Ἰωάννης δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀφίκετο καὶ τά τε στρατεύματα διαβάντα διεσπάρη, ἐνταῦθα, ὡς ἐπορεύετο ὀλίγοις τοῖς ἀμφ' αὐτόν, ἑάλω ὑπὸ Δρακούλεω τοῦ Δακῶν ἡγεμόνος, πολεμίου τε ὄντος. καὶ πρότερον δὲ Ἰωάννης ἠναντιοῦτο αὐτῷ ἐν τοῖς Παίοσι παρὰ βασιλεῖ Λαδισλάῳ, ὅτε τὴν ἔλασιν ἐποιοῦντο ἀπὸ τῆς Δακίας τὸν Ἴστρον διαβαίνοντες, τάς τε κώμας αὐτοῦ ληιζόμενος, καὶ διέβαλε πρὸς βασιλέα Παιόνων

Pannones cum cederent, regem suum quaeritabant. cum autem comperissent eum in acie cecidisse et obtruncatum esse, in praelium redeunt, volentes mortui corpus tollere; nec tamen Turcos vincere quiverunt. hic rumor ut devenit ad Choniatem et ad reliquos qui hunc comitabantur, excesserunt praelio. cum autem retro cederent et palantes nullo ornatu iter facerent, omnia exacte expiscabantur. rebus omnibus cognitis non ad castra properabant, verum recta ad Istrum contendebant Choniates et Daci. etiam Pannones qui regem secuti fuerant, fugam arripuere, cedentes nullo ordine. in hoc discessu interfectus est ab Turcis Iulianus cardinalis, vir optimus. ceciderunt ibidem et alii boni viri complures. Daci etiam aliquot desiderati sunt.

Ioannes Huniades cum ad Istrum venisset exercitusque traduxisset, dispersi sunt milites. cum ipse stipatus paucis incederet, captus est ab suo hoste Dracule Dacorum principe. nam Choniates antea huic inter Pannones adversatus erat, in conspectu regis Vladislai; et iter faciens ex Dacia et Istrum transiens cum copiis urbes eius diripiebat. praeterea detulit eum apud regem Vladislaum, quasi

ὡς φρονοίη τε τὰ τῶν Τούρκων καὶ Ἀμουράτεω, καὶ ὑποση-
μαίνοι ἐκείνοις ἅττα τυγχάνοιεν πράττοντες ἑκάστο τε. καὶ
P. 179 συνέλαβε μὲν ὡς ἀπολέσων, μετὰ δὲ διεπράξατο χρήμασι καὶ
ἀπελύθη διὰ ταῦτα. πορευόμενον δὲ διὰ τῆς Δακίας εἷλέ τε
αὐτόν, τίσασθαι ἐννοούμενος, καὶ καθείρξας εἶχεν ἐν φυλακῇ.
οἱ μὲν οὖν Παίονες ὡς οἴκοι ἐγένοντο, πυνθανόμενοι συλλη-
φθέντα τὸν Ἰωάννην, δεινόν τε ἐποιοῦντο καὶ ἀφόρητον ὑπὸ
Δρακούλεω συλληφθῆναι ἄνδρα Παίονα καὶ ἐν ἀξιώματι
ὄντα. ἔπεμπον δὲ κελεύοντες ἀφιέναι τὸν Ἰωάννην· εἰ δὲ
μή, περιέψεσθαι ὡς πολέμιον ἐπιόντες ἐπ' αὐτὸν πανστρατιᾷ.
ταύτῃ ὡς ἐπηγγέλλετο αὐτῷ ὑπὸ Παιόνων, δείσας περὶ τοῖς
B αὐτοῦ πράγμασι, μὴ νεώτερόν τι βουληθέντες περὶ τὸν ἄν-
δρα ἐξέλωσιν αὐτὸν ἐπιόντες οἱ Παίονες, ἀπέλυσέ τε αὐτόν,
καὶ φιλοφρονησάμενος προέπεμψεν ἐς τοὺς Παίονας, διὰ τοῦ
Πρασόβου ἐς τὸ Ἀρδέλιον. τοῦτον μὲν οὖν οὐ πολλῷ ὕστε-
V. 140 ρον Χωνιάτης, κατάγων Δᾶνον ἡγεμόνα τῆς Δακίας ἐκπεπτω-
κότα, ἐπεξῆλθε, διαφθείρας αὐτόν τε ἅμα καὶ τὸν παῖδα αὐ-
τοῦ. ὡς γὰρ στράτευμα συναγείρας, κατήγαγεν ἐς Δακίαν
τὸν Δᾶνον τὸν Μασαραμπᾶ παῖδα (Ἐκτεπίου καὶ Ἀμύρξεω
οὗτος παῖς) σὺν τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ παρετάσσετο ὡς ἐς μά-
χην. παραταττομένων δ' ἀμφοῖν καὶ μελλόντων ἤδη συμβα-

3. συνέβαλε P   10. περιόψεσθαι P   ἐπιόντα P   12. βουληθέντα?

faveret Turcis et res Amuratis sedulo adiuvaret, subinde Pannonum consilia iis significando. verum Dracules in eum irruit ira percitus, quasi eum interfecturus. sed pecunia tantum effecit ut incolumis dimitteretur et inviolatus. cum autem iret per Daciam, captus est ab Dracule, a quo in carcerem coniectus est, eum ulcisci in animum cum induxisset. Pannones in patriam reversi cum accepissent Ioannem esse captum, id grave et intolerandum iudicabant: haud enim ferendum censebatur, ut vir Pannonius et in dignitate collocatus ab Dracule caperetur. quapropter miserunt legatos, qui iuberent ut dimitteret Ioannem. sin minus, sciat nos eum pro hoste habituros, et cum universis copiis nostris contra ipsum profecturos. haec cum nuntiarentur a Pannonibus, sibi suisque metuens Dracules, ne quid furiosius consultarent et hostiliter accedentes virum vi eriperent, Choniatem dimittere decrevit. benigneque eum tractans haud cessavit comitari per Prasobum, Ardelium usque ad Pannones. Draculem autem haud multo post Choniates, cum expeditionem pro Dano Daciae principe suscepit, una cum filio peremit. nam conscripto exercitu Danum Masarempis filium in Daciam reducere parabat. at Dracules una cum filio repugnare hostibus statuebat, et praeparabantur ambo ad praelium. et iam ille descenderat in aciem. cumque acies

λεῖν, οἱ Δᾶκες ἀπολελοιπότες ἐν τῇ παρατάξει τὸν Μύρξεω παῖδα ηὐτομόλουν παρὰ Δᾶνον. ὁρῶν δὲ ἐνταῦθα τοὺς Δάκας C ὡρμημένους ἰέναι ξύμπαντας ἐς τὸν Δᾶνον, ὥρμητο ἐς φυγήν. καὶ ὁ μὲν ἔφευγε, Δᾶνος δὲ ἐδίωκεν ἀνὰ κράτος, καὶ συλλαβὼν ἄμφω ἀνεῖλεν αὐτίκα.

Οὗτος μὲν οὖν ἐκομίζετο ἐπ' οἴκου, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον στρατηγόν τε εἵλοντο αὐτὸν καὶ ἐπιστάτην τῶν πραγμάτων σφίσιν, ἤδη ὑπό τε Γερμανῶν καὶ Βοέμων πολεμουμένοις, καὶ ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὰ πράγματα διαθεῖναι ᾗ ἂν αὐτῷ φαίνοιτο. καὶ στρατόν τε συλλέξας ἐστρατεύετο ἐπὶ Βοέμους, καὶ ἐπολέμει δὴ τούτοις συχνόν τινα χρόνον. καὶ πρὸς Ἴσκραν δέ, ἄνδρα εὐδαιμονοῦντα ἐν στρατηγίαις ἁπανταχῇ, ἐπολέμει, καὶ συμβαλὼν ἡττήθη, καὶ ὕστερον αὖθις ἐπῄει D τε συμβαλὼν καὶ περιεγένετο.

Ἀμουράτης δὲ ὡς τοῦ βασιλέως Λαδισλάου τὴν κεφαλὴν ἀποτεμόμενος ἐπὶ δόρατος περιέπεμπέ τε καὶ ἐπεδείκνυ ἐς τὰ στρατεύματα, συσκευασάμενος ἐντεῦθεν ἐκομίζετο ἐπ' οἴκον. ἔπεσον δὲ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ Τούρκων μέν, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους, Παιόνων δὲ καὶ πλείους τούτων. ἀπώλοντο δ' οἱ πλείους ἐν τῇ ἀποχωρήσει ὑπὸ Δακῶν.

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτω ἐγένετο, καὶ τὰ πράγματα ἐπανῆ-

8. πολεμουμένους P

utrinque instructae constitissent et poscerent praelium, Daci relicto Myrxae filio ad Danum ex acie transfugerant. qui ubi vidit se relicto Dacos transire ad Danum, fugam inibat; quem fuga sibi consulentem Danus quam fortissime persecutus est, comprehendensque Draculem una cum filio utrumque trucidavit.

In hunc modum rebus gestis redibat domum. nec multo post eum ducem et rerum gubernatorem crearunt, cum bello peterentur a Germanis et Boemis, eique res administrare pro suo arbitrio permisere. comparato igitur exercitu profectus est contra Boemos, et longo tempore cum his bellum gessit. tandem collatis signis pugnans cum Iscra, viro in re militari conspicuo, victus est. verum cum denuo cum isto congrederetur, victoriam recepit.

Amurates caput regis Vladislai hastae praefixum cum hinc inde misisset et exercitibus suis ostentasset, collectis omnibus domum reversus est. in eo praelio Turcorum, quemadmodum ab his accepimus, ceciderunt sex millia. verum Pannones aliquanto caesi sunt plures. in discessu etiam plurimi Daci amissi sunt. hunc finem Turcica expeditio sortita est.

Rerum summa rediit ad Amuratem, cum eos qui in Europa erant,

κεν αὖθις τῷ Ἀμουράτῃ, εἰς ἐνδοιασμὸν τοῖς ἀνὰ τὴν Εὐρώ-
P. 180 πην ἀφικόμενα οὐκ ὀλίγον. Θερίζην μέντοι τὸν τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως ἀπενεγκάμενον χρήμασί τε πολλοῖς ἐδωρήσατο, καὶ χώραις τε ὕπαρχον ἀπέδειξε. τὸ μέντοι Καραΐζεω σῶμα ἐνεγκάμενος ἐς Ἀδριανούπολιν ἐξήνεγκέ τε αὐτὸς βασιλεὺς μεγάλως καὶ ἔθαψεν ἀξίως λόγου. καὶ Σκοῦραν ἀντ' αὐτοῦ ἐστήσατο στρατηγὸν τῆς Ἀσίας, ἄνδρα Ἀλβανὸν τὸ γένος, ὃν ἀνδραποδισάμενος ἀπὸ τῆς Ἀλβανῶν χώρας ἐξέθρεψέ τε αὐτὸς βασιλεὺς ἐν τῷ οἴκῳ οἱ, καὶ ἀπέδειξε πρῶτα μὲν ὕπαρχον, μετὰ δὲ στρατηγὸν τῆς Ἀσίας. Φατουμᾶν δὲ ἐκβαλὼν ἐκ τῆς τιμῆς (πρυτανεὺς γὰρ ἦν αὐτῷ οἴκου τοῦ βασιλέως)
B Σαραζέην παῖδα τὸ γένος Ἕλληνα ἐς τὴν ἐκείνου ἱδρύσατο χώραν. τὸ κράτος δ' εἶχε Χαλίλης ὁ Πραΐμεω, ἀνὴρ τὰ ἐς σύνεσιν τὰ πρῶτα φερόμενος ταῖς τοῦ βασιλέως θύραις. τὸν μὲν οὖν Φατουμᾶν οὐ πολλῷ ὕστερον συλλαβὼν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἀφείλετο, ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδας, ἀργύρια δ' ἐς τετρακισχίλια τάλαντα.

Τῷ μέντοι Ἑλλήνων βασιλεῖ σπονδαί τε ἦσαν ὑπὸ βασιλέως καὶ οὐκέτι ἐλέλυντο, εἶχέ τε ἥσυχος ἐν τῷ παρόντι καὶ ἐθεράπευε τὸν βασιλέα δώροις, ὥστε μηδὲν αὐτῷ χαλεπὸν ἐπὶ νοῦν βαλέσθαι τὸν βασιλέα Ἀμουράτην. ἦν γὰρ δὴ αὐτῷ διαφορὰ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Θεόδωρον τὸν νεωστὶ ἀφι-

2. ἀφικομένοις P 4. χώρας?

coeptorum admodum puderet. Therizen, qui Vladislaum obtruncaverat eiusque caput in castra attulerat, Amurates regionibus et opibus plurimis donavit, eumque praefectum constituit. corpus Caraizis ferens Adrianopolim magnifice sepeliri curavit, ipseque exequias honorifice duxit. in huius locum substituit Scuram virum Albanum, ut Asiae dux esset; quem captum abduxit ex Albanorum regione, eumque in sua domo educavit. primum declaravit eum praefectum; postea eum Asiae ducem designavit. Phatumam vero honore sive dignitate sua privans (erat enim regiae domus iudex) Saraxiem, virum Graecum genere, in eius locum subrogavit. potentiam autem maximam tenebat Chatites Priami filius, quo in ianuis regis vir prudentior non erat. nec multo post Amurates Phatumam comprehendi iussit, opesque omnes ei ademit, quarum numerus complectebatur circiter centum quinquaginta myriades auri, argenti autem circiter quadraginta milia librarum.

Graecorum rex in foedus rediit cum Amurate, idque nec amplius violatum est. nam quietem amplexus est, regemque Amuratem muneribus coluit, ut nihil mali contra ipsum amplius moliri institueret. foeda autem contentio erat inter regem Graecorum et fratrem Theo-

γμένον ἐπὶ Βυζάντιον διαδεξόμενον τὴν ἀρχὴν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ. καὶ ἔπραττεν οὗτος τὰ πρὸς βασιλέα ἐναντιούμε- C *νος τῷ ἀδελφῷ, καὶ ὕστερόν τε ἐξηνέχθη αὐτῷ ἐς εὐφανῆ διαφοράν, καὶ ἐστρατεύετο ἐπὶ Βυζαντίου βασιλέα Θεόδωρος ὁ ἀδελφός, τήν τε Σηλυβρίαν ἐπιτετραμμένος καὶ τὴν περίοικον ταύτης. αἰτούμενος γὰρ ἱκανὴν πρόσοδον αὐτῷ ἐς τὸ ἀποζῆν οὐκ ἐτύγχανεν, ὅθεν ἐς πόλεμόν τε καθίστατο τῷ ἀδελφῷ* V. 141 *καὶ ἐστρατεύετο. ὕστερον μέντοι, πρὶν ἢ ὁτιοῦν διαπράξασθαι αὐτῷ, ἐτελεύτησε νόσῳ λοιμώδει τὸν βίον ἀπολιπών. Κωνσταντῖνος μὲν δή, ὁ τῆς Πελοποννήσου ἡγεμών, τήν τε χώραν τοῦ βασιλέως καταστρεψάμενος, Πίνδον τε καὶ Βοιωτίαν καὶ τοὺς Λοκροὺς τοὺς Ὀζόλας καλουμένους, καὶ τήν τε χώραν ἐδῄου καὶ πολεμῶν οὐκ ἀνίει, ἀλλ' ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐστρατεύετο, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται. ἐνταῦθα πυ-* D *θόμενος ἕκαστα ὁ βασιλεὺς οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλὰ περιαγγέλλων τὸν στρατὸν αὐτῷ παρεῖναι ἐς τὰς Φερρὰς τῆς τε Ἀσίας καὶ Εὐρώπης ἐξήλαυνεν ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως. ἀνέγνω δ' αὐτὸν στρατεύεσθαι ἐπὶ Πελοπόννησον καὶ Νέρης ὁ τῶν Ἀθηνῶν τύραννος, οὐχ ἥκιστα δὲ Τουραχάνης ὁ Θετταλίας ὕπαρχος. ὁ μέντοι Κωνσταντῖνος ὡς ἐτείχισε τὸν Ἰσθμόν, ἐνταῦθα ἐκάθητο φυλακὰς ἔχων ἢ ἐγκαθιστὰς εἰς τὸν Ἰσθμόν, καὶ αὐτὸς αὐτοῦ τὰ πολλὰ διατρίβων ἐτύγχανεν. ἐπείτε δὴ ἐπύθετο Ἀμουράτη στρατεύεσθαι ἐπ' αὐτόν, μετεπέμπετο*

5. *Συληβρίαν* P 17. *ἀνέγνωσε?* 21. *ἢ?*

dorum coorta, qui Byzantium venerat ut regnum a fratre susciperet. is se pro rege gerebat, fratrique resistebat. postremo ex aperto inter se hostiles inimicitias gessere. nam expeditionem sumpsit adversus Byzantii regem Theodorus frater, cui Selybria et regio finitima commissa erat. cum enim peteret reditus sufficientes, quibus vitam suam commode sustinere posset, repulsam passus est. hinc bellum inter ipsum et fratrem est exortum. prius tamen quam quicquam bellando profecisset, vitam suam aerumnosam relinquens mortuus est, duce interim Peloponnesi incursionem faciente in regionem regis, suaeque dicioni Pindum Boeotiam Locros, qui Ozolae dicuntur iungente, neque ab Attica etiam abstinente. ea ubi accepit Amurates, haud diutius cunctandum sibi ratus praecepit ut Asianus et Europaeus exercitus ad se Pherras, relicta Adrianopoli, venirent. incitavit autem eum Nerius Athenarum princeps, necnon Turachanes Thessaliae praefectus, ut exercitum recta ad Peloponnesum ductaret. Constantinus Isthmum muro includens, eundem etiam praesidiis emuniens, plerumque ibi versabatur. ubi intellexit Amuratem hostiliter cum exercitu accedere, omnes quotquot in Peloponneso erant accer-

P. 181 αὐτοῦ σύμπαντας τοὺς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ τόν τε ἀδελφὸν αὐτοῦ ἅμα, ὃς ἐτύγχανε γάμον ἔχων τῆς παιδὸς αὐτοῦ· ἡρμόσατο γὰρ ἤδη τῷ Τριβαλλῶν ἡγεμόνι παιδὶ Ἐλεαζάρῳ. οὗτοι μὲν οὖν ἐς τὸν Ἰσθμόν, ᾗ ἐπηγγέλλοντο, παρῆσαν, καὶ τὸ τεῖχος ἐκράτυνον, ᾗ ἐδόκει αὐτοῖς ἰσχυρῶς ἕξειν ἀμυνομένους. Ἀμουράτης δὲ ἐπελαύνων, συμπαραλαμβάνων καὶ τὰ στρατεύματα τῆς χώρας ὅποι γένοιτο, παρῆν ἐς τὰς Θήβας, ὅτε καὶ ὁ Νέρης αὐτῷ παρεγένετο, στρατὸν ἀγόμενος ἀπὸ Ἀθηνῶν. ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰς Μιγγίας ἐστρατοπεδεύετο, καὶ τηλεβόλους τε καὶ πλοκάδια παρασκευαζόμενος ἐπὶ ἡμέρας
B τινάς. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπικαταβὰς εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἐστρατοπεδεύετο, ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν καθήκοντος τοῦ στρατοπέδου καὶ τῶν σκευῶν. ἐνταῦθα κατάσκοπος τῶν Πελοποννησίων, ὡς ὑποστρέψας ἀπήγγειλε τό τε πλῆθος τοῦ βασιλέως καὶ ὑποζύγια καὶ καμήλους, καὶ οὐκ ἠνέσχετο σιγῇ παρελθεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα ἔλεξε τοιάδε. "ὦ δέσποτα, οἷα δὴ κακὰ εἰργάσω τὴν Πελοπόννησον πόλεμον τοιούτῳ βασιλεῖ ἀνελόμενος, ὃς τήν τε Ἀσίαν σύμπασαν καὶ Εὐρώπην ἄγων οὐδ' ὅποι στήσεται ἕξει, οὐδ' εἰ διπλοῦν σοι τεῖχος ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐληλαμένον εἴη. ἀλλὰ πρὸς θεοῦ πρέσβεις τε
C πέμπε ὅτι τάχιστα, καὶ ἐς διαλλαγὴν προκαλοῦ τὸν βασιλέα τοῦτον, ὡς ἂν μὴ ἡμᾶς κακοὺς κακῶς ἐπιτρίψῃ τὸ παράπαν."

sivit, necnon fratrem suum, qui eo tempore nuptias filiae suae concelebrabat. nam eam elocaverat Triballorum principis filio Eleazari. hi igitur accersiti in Isthmum adveniunt, murumque firmant, ut esset propugnaculum munitissimum ad propulsandos hostes. Amurates accedebat, et non cessabat copias suas augere, assumens ex omnibus regionibus, quas permeabat, milites. venit igitur Thebas, quo venerat cum exercitu Nerius Atheniensis, ut iuvaret eum adversus Peloponnesiacos. cum itaque pervenisset Mingias, castrametatus est; ibique aliquot diebus moratus est, ut bombardas et funes ad praesens bellum pararet. deinde movit in Isthmum, ubi et castra communivit, quae utrinque mare, tanta eorum magnitudo erat, attingebant. speculator Peloponnesiacus cum rediisset ad suos, regis copias, iumenta et camelos annuntiavit. nec silentium tenere potuit, verum sic allocutus est principem "o domine, quantum periculi concivisti Peloponneso bellum suscipiens cum tanto rege, qui Asiam universamque Europam contra nos ducens non satis spatii ad exercitum locandos invenire potest? neque hostem sustinere poteris, etiam si duplici muro Isthmum amplexus esses. sed quaeso te per deum immortalem, legatos mitte quamprimum, et ad pacem pangendam regem hortare, ne infestus accedens nos malos prorsus male comminuat."

ταῦτα εἰπόντος αὐτοῦ θυμωθῆναί τε τὸν ἡγεμόνα, καὶ θυμωθέντα κελεῦσαι ἐς εἱρκτὴν ἀγαγεῖν τὸν ἄνθρωπον, ὡς ἂν ταῦτα πύθοιτο οἷα ἀποβαίνοι. ἔτυχε δ' αὐτῷ πρέσβυς ἀπεσταλμένος παρὰ βασιλέα, οὐ μέντοι μέτρια ἐζήτει γενέσθαι αὐτῷ· ἠξίου τε γὰρ τόν τε Ἰσθμὸν ἑστηκέναι αὐτῷ, καὶ τὴν ἐκτὸς χώραν τοῦ βασιλέως, ὅσην ὑπηγάγετο, ἔχειν αὐτῶν. καὶ αὐτὸς μὲν διὰ ταῦτα τὴν δίκην ὑπέσχεν ὑπὸ βασιλέως, τόν τε πρέσβυν καθείρξας ἐν Φερραῖς εἶχεν ἐν φυλακῇ, αὐτὸς δὲ ἤλαυνεν ἐπὶ Πελοπόννησον μέσον χειμῶνος. ἦν δ' ὁ πρέσβυς D Χαλκοκονδύλης Ἀθηναῖος. τοῦτον ἐν Φερραῖς καθείρξας αὐτόν τε καὶ τοὺς θεράποντας ἐπήλαυνε. δοκεῖ δέ μοι Ἀμουράτης, ὡς ἐν Μιγγίαις ἐστρατοπεδεύετο, καὶ τοὺς ἀρίστους παραλαβὼν τοῦ στρατοῦ (εἴησαν δὲ οὗτοι ἀμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους), περιιὼν τὸν Ἰσθμὸν ἐθεᾶτο ὡς ἔχει τε φυλακῆς τὸ τεῖχος καὶ παρασκευῆς ἐς τὸν πόλεμον. καὶ ἤχθετο μὲν V.142 τῷ Τουραχάνῃ, ὅτι θέρους στρατεύεσθαι πρὸς τὴν . . . . ἐν αὐτῷ, λέγων ὡς οὐχ ὑπομενοῦσιν ἐπιόντα αὐτόν, ἀλλ' οἰχήσονται φεύγοντες, ἐπειδὰν τὸ πρῶτον πύθωνται ἀφικέσθαι P.182 αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν. καὶ ἐπέμενέ τε ἡμέρας συχνὰς ὡς ἐνδώσοντος διὰ ταῦτα τοῦ Πελοποννησίων ἡγεμόνος. καὶ ἐπεί τε παρεληλύθασιν ἡμέραι, ἐπικαταβὰς ἐς τὸ τεῖχος ἐστρατοπεδεύετο. τῇ μὲν ὑστεραίᾳ τηλεβόλοις μακροῖς ἔτυπτε τὸ

6. αὐτόν?

his auditis princeps ira exarsit; iraque incensus speculatorem in carcerem duci iubet, ut tandem quid eventurum esset audiret. misit quoque legatum ad regem, qui nequaquam nomine principis satis moderata petebat. volebat namque princeps sibi tradi Isthmum, et regis regionem quae extra Isthmum erat, quam armis subegerat, universam habere avebat. verum propterea poenas regi dedit, legatumque capiens Pherris in vinculis habuit; ipseque, cum medium hiemis foret, contra Peloponnesum copias duxit. legatus ille Chalcocondyles Atheniensis fuit, quem cum in vincula una cum ministris dedisset, Pherris contra Peloponnesum perrexit. Amurates cum in Mingiis castra posuisset, optimates exercitus, qui numero erant sex mille, assumsit; et Isthmum circuivit, ut videret murum, numquid praesidii in eo situm esset ad resistendum. et quidem graviter succensebat Turachani, quia cum ipse censuisset aestate bellum inferendum esse, is hieme rem incipiendam suasisset, quasi Peloponnesiaci non essent vim hostilem expectaturi, verum continuo fugam ingressuri, ubi primum accepissent Amuratem hostiliter accedere. diebus etiam aliquot ea gratia cunctatus est Amurates, quasi princeps Peloponnesi illico deditionem esset facturus. verum cum haec spes fefellisset, descendens

στρατόπεδον τοῦ ἡγεμόνος· τῇ δ' ἐπιούσῃ ἀπεπειρῶντο τῶν ἐν τῷ τείχει, καὶ προσέφερον τὰς μηχανάς. τῇ δὲ τετάρτῃ ἑσπέρας πυρὰ ἁψάμενοι κατὰ τὸ στρατόπεδον, ὡς πλεῖστα ἕκαστος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σκηνήν, — εἰώθασι γὰρ οὕτω τὸ γένος τοῦτο τῶν Τούρκων, ἐπειδὰν ἐς μάχην μέλλωσιν ἰέναι· πρότριτα ἤδη τῆς ἡμέρας ᾗ ἐς τὴν μάχην καθίστανται, πυρά τε καίουσιν ἀνὰ τὸ στρατόπεδον ὅτι πλεῖστα ἕκαστος, B καὶ ὕμνον τινὰ ἀναφαίνουσι τῷ θεῷ καὶ τῷ ἥρωι, δῆλον ποιούμενοι ὡς ἂν μάχην τῇ ὑστεραίᾳ τῆς ἐπιούσης καθίστανται. καὶ τότε δὴ πυρὰ ποιησάμενοι παρεσκευάζοντο ἐς τειχομαχίαν. τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ἑσπέρας τάς τε μηχανὰς προσέφερον, καὶ ὑπὸ πλόκου οἱ σαραχόριδες καλούμενοι, ὁ ἀχρεῖος λοιπὸς ὅμιλος τοῦ λαοῦ. πάρεξ γὰρ τοῦ στρατοῦ ὃς ἑπόμενος τῷ βασιλεῖ τούτῳ στρατεύεται, ἐπάγονται ὅμιλον τά τε σιτία φέροντα ἀπὸ τῶν περιοίκων καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βασιλέως χώρας. ἕτεροι ἄλλοι δ' αὖ οἱ Ἀσιανοὶ ἀγιάδες καλούμενοι, πεζός τε ὅμιλος ἐπί τε τὰς χρείας τοῦ στρατοῦ C χρώμενος διατελεῖ, καὶ ἐς τὴν τῶν ὁδῶν κάθαρσιν ἄγεται τούτους καὶ ἐς τὰ στρατόπεδα. δοκεῖ δὲ τὸ τοῦ βασιλέως τοῦτο στρατόπεδον κάλλιστα πάντων δὴ στρατοπέδων ὧν ἡμεῖς ἐθεασάμεθα καὶ ἀκοῇ ἐπυθόμεθα, τά τε περὶ τὰς σκηνὰς καὶ ἐς τὴν τῶν σιτίων ἀφθονίαν κράτιστα μηχανήσασθαι. πρῶ-

3. πυρὰν P   9. ἂν] ἐς?   10. πυρὰν P   15. φέρονται P

castra ad murum transtulit. die deinde postero princeps exercitum bombardis longis petivit. sequenti die eos qui murum defensabant, tentarunt machinas muro admoventes. quarto die tempore vespertino singuli iuxta tabernacula sua ignes fecerunt quam potuere maximos. nam Turcorum est consuetudo, ut ignes plurimos parent biduo ante eius diei in quem pugna collata est. hymnum quendam canunt in honorem dei et herois, significantes quod tertio abhinc die praelium committere velint. tunc igitur ignes excitantes quam potuere plurimos, accingebantur ad oppugnationem muri. quarto autem die Sarachorides, qui inter caeteros inutilis sunt turba, funibus machinas ad murum traxerunt. nam praeter exercitum qui regem sequuntur, adsunt et alii complures, qui frumentum a finitimis in castra subvehunt. sunt in castris et alii ex Asia oriundi pedites, qui Agiades nominantur, quorum opera rex utitur ad itinera purganda et ad castra communienda, necnon ad alia quibus in castris opus est. arbitror autem castra huius regis pulcherrime omnium, quae nos vidimus et audivimus, instrui, quantum attinet ad copiam frumenti necnon ad situm tabernaculorum. nam primum omnium mercatores plurimi comitantur regem istum, qui frumentum equos mancipiaque

τον μὲν γὰρ δὴ ἀγορασίαι ἕπονται τῷ βασιλεῖ μεγάλαι ἔς τε τὰ σιτία καὶ τοὺς ἵππους καὶ ἐς τὰ ἀνδράποδα καὶ ἐς τὴν τοῦ στρατοῦ χρείαν, ὅτου δ' ἄν τι ἐπιδέοιτο, ἐνταῦθα ἀφθόνως τε πολλῶν ἐς τοῦτο παραγινομένων. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ τῶν μεγάλων ὅσοι ἕπονται τῷ βασιλεῖ, ὑποζύγιά τε πάμπολλα ἕκαστος περιάγει ἐς τὴν ἐξέλασιν, οἱ μέν τε καμήλους σιτίων καὶ ὅπλων καὶ κριθῆς τῆς ὑποζυγίων τροφῆς ἱκανὰς ἔχοντες, οἱ δὲ ἡμιόνους, οἱ δὲ συναμφότερα, οἱ δὲ καὶ ἵππους, ὥστε D διπλάσια γίνεσθαι τὰ ὑποζύγια τοῦ στρατοῦ. πάρεξ δὲ τούτων περιάγει ὅμιλον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτοῦ σιτίων τε ἕνεκα, καὶ ἐπειδὰν ἐς ἀνάγκην καταστῇ τὸ στρατόπεδον, ἐπιδιελόμενος τοῖς ἀρίστοις τὴν τροφὴν οὕτω χωρεῖ ἐφ' ὅ τι ἂν γένοιτο. σκηνὰς δὲ ἔτι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοῦ βασιλέως ἴδοι ἄν τις ἐς μυρίας, καὶ πλείους καὶ ἐλάσσους τούτων, ὡς τυγχάνει στρατευόμενος.

Τότε μὲν δή, ὡς ἐτάχθησαν σαραχόριδες ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἐπειρῶντό τε αὐτῶν καὶ ἐμάχοντο ὡς . . . . τῆς ἐρεθίζοντες ἐπὶ μάχην καὶ ἐπαγρυπνοῦντες. ὡς δὲ ἠώς τε ἤδη 1446 ὑπέφαινε, κύμβαλά τε καὶ αὐλικὰ καὶ σάλπιγγες τοῦ βασι- d. 7 Dec. λέως (καταφανεῖς δέ εἰσι τῷ μεγέθει τῶν ἠχῶν) ἀνεδηλῶν P. 183 ὡς μάχη τε ἤδη γίνεται. καὶ ἕκαστοι παρασκευασάμενοι ἐπῄεσαν ἐς τὸ τεῖχος, αὐτίκα τειχομαχοῦντες κατὰ τὸ ἰσχυρόν. βασιλεύς τε αὐτὸς καὶ οἱ νεήλυδες κατὰ τὸ μέσον τοῦ Ἰσθ-

4. πολλῷ P 20. ἀνεδήλουν?

emunt, necnon reliqua quibus indiget exercitus. hinc rerum omnium exercitui dives copia est. praeterea magnates qui comitantur regem, singuli plurima in expeditionem adducunt iumenta. quidam adducunt camelos, qui arma frumentum et hordeum, ut pabulum sit iumentis sufficiens, portant. quidam equos, quidam mulos, quidam tam equos quam mulos in expeditionem agunt. horum autem tantus est numerus ut duplo iumentorum numerus hominum numerum exsuperet. comitantur regem alii plurimi ab sua regione, quorum usus in frumentationem maximus est. si necessitas aliqua ingruerit exercitui, alimenta in optimates distribuit, et sic proficiscitur. tentoriorum quis cernat in castris regis plerumque decem milia, plus minusve respectu expeditionis.

Eo quidem tempore sarachorides oppositi Graecis eos pugnando tentabant * * * totamque noctem ducebant insomnem, ut ad praelium Graecos incitarent. ut aurora illuxit, signa canere iubet rex: cymbala cornua tubaeque pugnam iam fore maximo sono significabant. Turci instructi occipiebant murum oppugnare quam fortissime. rex et peregrini armati in acie instructa stabant in medio Isthmi, ubi

μοῦ, ᾗπερ ἐσκήνουν, καθίσταντο ἐς μάχην, καὶ κλίμακάς τε
προσέφερον, καὶ διορύσσοντες τὸ τεῖχος ἠγωνίζοντο ὡς ἐξαι-
ρήσοντες. καὶ τούς τε τηλεβολίσκους ταύτῃ ταξάμενος οὐκ
V. 143 εἴα τοὺς Πελοποννησίους προκύπτειν. δεινὸν γάρ τοι ὁ τη-
λεβολίσκος, καὶ οὐδὲν τῶν ὅπλων ἀντέχει ὥστε μὴ διαχωρεῖν
διὰ πάντων καθικνούμενος. δοκεῖ δὲ κἀπειδάν τι αὐτῷ ἀν-
τέχῃ, τότε δὴ μάλιστα καθικέσθαι ἐπὶ πλέον, ἐπεὶ ἔς τε βάμ-
B βακα καὶ κρόκην καὶ τὸ ἔριον οὐκ ἂν οὕτω καθίκοιτ' ἂν ἐπὶ
πολύ. ἐπεὶ δ' ἐν ἀδείᾳ τε ἐγένοντο οἱ νέηλυδες, καὶ τάς τε
κλίμακας ἐς τὸ τεῖχος ἐνεγκάμενοι ἀνέβαινον, καὶ ὑπερέβησαν
ταύτῃ ᾗ ἐθεᾶτο ἑστὼς ὁ βασιλεύς, ἀνέβη ἐπὶ τὸ τεῖχος νέηλυς
Χιτήρης, Τριβαλλὸς τὸ γένος, καὶ εἷλέ τε τὸ τεῖχος, καὶ τοὺς
ταύτῃ διωσάμενος ἐς φυγὴν ἐτρέψατο. οἱ δὲ ὡς ἀπολιπόντες
τὴν τάξιν κατέβαινον ἐνταῦθα, καὶ πλησίον ἐς δέος τε ὑπὸ
θεοῦ καθίσταντο καὶ ἀπειρίας, καὶ οὕτω ἐποίουν· φεύγοντες γὰρ
ᾤχοντο. καὶ οἱ παρὰ τούτους αὖθις τεταγμένοι, οὐκ εἰδότες
ὅ τι ξυμβαίνει χαλεπόν, ᾤχοντο φεύγοντες. καὶ οὕτω πάντες
ἀπολιπόντες τὸ τεῖχος ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ. οὗτοι δ' οἱ
C Τοῦρκοι ἐπεισπεσόντες ταύτῃ τε ᾗ ἑάλω ὑπὸ τοῦ νέηλυδος,
καὶ τῇ ἄλλῃ ᾗ κατέβαλλον διορύσσοντες, καὶ διὰ τῶν πυλῶν
εἰσεχέοντο καὶ ἔτρεχον. καὶ οἱ μὲν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν
Ἑλλήνων τραπόμενοι διήρπαζον τὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπιπλα,
ἐσθῆτάς τε καὶ τὴν ἄλλην εὐδαιμονίαν· οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς ἀν-

14. καὶ] καὶ οἱ? 18. οὕτω?

castra posuerant. scalas expediebant, murum suffodiebant, fortiterque praeliabantur, ut murum occuparent. huc etiam bombardarios consistere iusserat, qui bombardis prospectum Peloponnesiacis adimebant. bombarda namque res est admodum violenta, nec arma resistere bombardae impetui possunt, verum omnia penetrat. tum etiam magis permeat, quando corpus aliquod resistens fuerit nacta, si quidem crocum lanamque non pervadit. cum peregrini iam tuti ab periculo starent scalasque muro addidissent, murum scandebant eo loci ubi spectator oppugnationis aderat rex. primus itaque in murum evasit, eumque cepit peregrinorum de numero Chiteres, Triballus genere; eosque qui resistebant, in fugam coniecit. hi autem ordine relicto abibant, cum metus maximus ab deo et imperitia ipsis incuteretur: nam formidine agitati in fugam effundebantur. praeterea illi qui his proxime steterant, nescii quid mali suis accidisset, fugientes abibant. tandem omnes deserto muro sine ordine fugerunt. Turci irruentes, qua murus ab Chitere superatus erat, et alii qua murum suffodientes straverant, necnon per portas irrumpebant. quidam ad castra Graecorum ferebantur, Graecorumque sup-

δρας τρεπόμενοι τοὺς μὲν αὐτῶν ἔφθειρον τοὺς δὲ καὶ ἐζώγρουν, ἐς ἀνδραπόδων μοῖραν τιθέμενοι. καὶ φόνος τε ἦν πολὺς τῶν φευγόντων.

Verum Chatites, quemadmodum exposuimus, mortuus est. rex capto Byzantio, gloria insolescens et superbiens, ubique magna efficiebat et regnum suum usque promovebat, plurimis regionibus in dicionem acceptis. miror autem si qui fuerint, qui Sibyllinis oraculis fidem non habuerint, cum Byzantinae regionis regum catalogus ab

ὁπότε τὴν ἐν Βυζαντίῳ χώραν τὴν τῶν βασιλέων γραφήν,
B ὑπὸ Λέοντος τοῦ σοφοῦ, ὥς φασί, βασιλέως, ἐς τοῦτον τὸν βασιλέα ἐτελεύτα ἡ γραφή, καὶ ἐς τὸν ἀρχιερέα τὸν ἐν Φλωρεντίᾳ τῇ Τυρρηνῶν τελευτήσαντα. τὸν γὰρ δὴ Κωνσταντῖ-
V.168 νον βασιλέα, ἅτε ἀπολλύμενον ὑπὸ τῶν βαρβάρων καὶ οὐ τελευτῶντα ἐν τῇ βασιλείᾳ, οὔτε τὸν Γρηγόριον τὸν ἐπὶ Ἰταλίας οἰχόμενον ἐχώρει ὁ πίναξ ἐκεῖνος. χῶροι δὲ ἐνετέτμηντο ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν καθ' ἑαυτὸν βασιλέων ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ ἀρχιερέως αὖ, εἴτε πλειόνων εἴτε δὴ καὶ ἐλαττόνων, ὅσοι ἐχώρησάν ἐπὶ τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς πόλεως. λέγεται μὲν καὶ πολλὰ τοῦ βασιλέως τοῦδε ἔργα θαύματος ἄξια, ἅτε δὴ ἀστέρων καὶ ψυχῶν ἐμπείρου γενομέ-
C νου καὶ ὡμιληκότος τῇ ἐκείνων δυνάμει, δύο δὲ καὶ τρία, ὧν ἄξιον ἐπιμνησθῆναι.

Μέτειμι δὲ ἐφ' οὗ ᾖα λέξων ἐφεξῆς λόγου, ὡς οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου ἡγεμόνες ὥρμηντο μὲν φεύγειν ἐπὶ Ἰταλίας, καὶ Ἑλλήνων ὅσοι ἐνῴκουν τὴν νῆσον οἱ ἐπιφανέστεροι, ὡς δὲ σφίσι σπονδὰς ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο, οὐκέτι διενοοῦντο ἀπιέναι, ἀλλ' ἐμμένοντες περιέπεσον ξυμφορᾷ οὐ σμικρᾷ τινὶ οὐδὲ ἐπιτυχούσῃ. ὡς γὰρ ἑώρων αὐτοὺς οἱ Ἀλβανοὶ παρασκευαζομένους ἀπαίρειν, οὐκέτι ἤθελον πείθεσθαι, ἀλλὰ συνίσταντο μὲν πρὸς ἀλλήλους καὶ συνώμνυντο ὡς ἐπιθησόμενοι τῇ Πελοποννήσῳ. ἔπραττον δὲ ταῦτα ἐνάγοντος Πέτρου τοῦ

8. μεθ'?

Leone, ut aiunt, sapiente rege conscriptus in hunc regem et in patriarcham Florentiae Tyrrhenorum mortuum exeat. nam nec Constantinum regem, ut qui a barbaris esset peremptus nec in regia defunctus, nec Gregorium in Italiam abeuntem tabula illa accipiebat. loca autem regum in ista tabula, qui suo tempore fuerunt, necnon patriarcharum, sive paucorum sive complurium, qui ad urbis eius patriarchatum pervenere, intercisa sunt usque ad istum regem et ad istum patriarcham. extant et alia regis huius opera memorabilia, ut qui physices et astronomiae fuerit peritissimus, earumque potentias exacte tenuerit. sunt autem duo aut tria, quorum ut recordemur operae pretium est. verum in sequentibus memorabuntur.

Cum Peloponnesiaci duces pararent fugere in Italiam, adhibitis et Graecorum clarissimis, rex Mechmetes cum iis foedera sanxit. quo facto coeptam fugam omisere. manentes itaque in grandem provoluti sunt calamitatem. nam Albani cum cernerent eos paratos ad fugam naves abs terra moliri et solvere, dicto amplius audientes esse recusabant; et inter sese conspirant, quasi Peloponnesum suae dicionis facturi. eius consilii auctor et instigator erat Petrus Claudus, vir

χωλοῦ, ἀνδρὸς τὸν τρόπον οὐκ ἀγαθοῦ, δεξιοῦ δὲ ἄλλως καὶ καθηγουμένου τοῖς Ἀλβανοῖς τὴν ἐσήγησιν ταύτης τῆς ἀπο- D
στάσεως. ἐνῆγε δὲ ἐπικείμενος ὥστε ἀφίστασθαι ἀπὸ Ἑλλήνων καὶ σφίσιν ἡγεμόνα ἑλέσθαι ὃν ἂν αὐτοὶ ἕλωνται. καὶ ὥρμηντο μὲν ὡς ξυμβήσοντες τοῖς ἡγεμόσι, μετὰ δὲ διεκωλύθησαν. καὶ ἐπεκαλοῦντο μὲν καὶ Ἑλλήνων ἄλλων ἐς τὴν ἐσήγησιν ταύτην, ἐπιστάτην ἀξιοῦντες γενέσθαι· τελευτῶντες δὲ ἐστήσαντο Ἐμμανουῆλον τοῦ Καντακουζηναίων γένους ἡγεμόνα τε σφίσι, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἦγον καὶ ἔφερον, καὶ ὑποζύγια μὲν καὶ ζῶα ὅσα εἶχον οἱ Ἕλληνες, ἐληΐζοντο στρατευόμενοι. εἰσὶ τὸ γένος τοῦτο νομάδες ἅπαντες, καὶ οὐδαμῇ σφίσι χρονίαν τὴν διατριβὴν ποιούμενοι. ταύτῃ δὴ ὁρμώμενοι τῶν P. 216
πόλεών τε ἑστίας ὑπηγάγοντο, καὶ ἐπελαύνοντες τὰς μὲν ἐπολιόρκουν τὰς δὲ καὶ ἐδήουν. καὶ τούς τε Ἕλληνας ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιούμενοι, ἔπρασσον ἐς τὰς θύρας τοῦ βασιλέως ἐπιτραπῆναι σφίσι τὴν Πελοπόννησον, καὶ ἐπηγγέλλοντο καὶ στρατὸν καὶ πόλεις αὐτοῦ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ φόρον ἐπέτειον πολὺν ἀπάγειν τῷ βασιλεῖ. καὶ ξυνεβάλλοντο δὴ αὐτοῖς καὶ Κεντηρίων Ζαχαρίας, ὁ τῆς γυναικὸς ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ, καὶ Λουκάνης. οὓς καθείρξας εἰς πόλιν καλουμένην Χλουμετίην ἐν τῇ ἀκροπόλει εἰς φυλακὴν ἐποιεῖτο καὶ ἐν πέδαις συνετήρει. τὸν γὰρ τῆς πόλεως ἄρχοντα πεί-

13. ἑστίας] ἔστιν ἅς?

improbus et parum dextris moribus praeditus. is non intermittebat ad defectionem impellere Albanos. instabat usque ut a Graecis desciscerent, sibique quem elegissent principem crearent. primo quidem Albani rem audiebant, quasi qui vellent suis principibus obtemperare: postea vero animos mutarunt, cum etiam alii quidam Graeci ad eandem rem capessendam Albanos incitarent ducemque creari vellent. tandem Emanuelem natum ex genere Cantacuzenorum ducem constituunt, resque Graecorum agunt feruntque; et bellum occipientes, iumenta pecoraque quae Graeci habebant diripere haud abstiterunt. Albani autem omnes pastores sunt, et nullibi certis sedibus morantur. hinc itaque profecti urbium domos occupabant; et accurrentes quasdam obsidebant, quasdam expugnatas diripiebant. cum Graecos mancipiorum loco ducerent et planissime contemnerent, scripserunt ad ianuas regis, promittentes urbes et exercitus Peloponnesiacos in regis potestate fore, si ipsis Peloponnesum tradidisset. pollicebantur se quotannis tributum magnum regi pensuros. Albanos adiutabant Centerion Zacharias, frater mulieris eius quam duxerat regis frater, et Lucanes. hos adductos in urbem Chlumetiam in carcerem, qui in arce erat, vinctos coniecit. Albani civitatis praefectum

B σαντες συναφεστάναι τε σφίσι καὶ ἀγαγέσθαι τοῦ Κεντηρίω-
νος θυγατέρα, ἀπέστη τε, καὶ τούς τε ἄνδρας ἠλευθέρου, καὶ
ἐπολέμουν τοῖς Ἕλλησι. καὶ ηὔξετο μὲν τοῖς Ἀλβανοῖς τὰ
πράγματα, καὶ ἐς μέγα ἐχώρει. τὸν μὲν οὖν Κεντηρίωνα
Θωμᾶς ὁ βασιλέως ἀδελφὸς ὧδε αἰτιασάμενος συνέλαβεν, ὅτε
Ἀμουράτης ὁ Μεχμέτεω τὸν Ἰσθμὸν καθελὼν ἤλαυνεν ἐντὸς
Πελοποννήσου εὐθὺ Ἀχαΐας. ὥρμηντο δὲ αὐτός τε ἅμα καὶ
Μπόχαλις ὁ Λεοντάρης ἄρχων ἀφίστασθαι. καὶ ὁ μὲν
Μπόχαλις ἀπέστη ἐκ τοῦ φανεροῦ καὶ ἐπολέμει, καὶ συμβα-
λὼν στρατηγῷ Ῥαοὺλ τοῦ ἡγεμόνος ἑάλω καὶ ἐξεκόπη τὼ
C ὀφθαλμὼ τοῦ ἡγεμόνος. τούτους μὲν οὕτω αἰτιασάμενος, ἐπε-
V. 169 λαύνοντος Ἀμουράτεω, Λουκάνην δὲ καὶ νεωτερίζοντά τε περὶ
τὰ αὐτοῦ πράγματα καὶ ξυνιστάμενον τοῖς τῶν Ἑλλήνων καινο-
τομεῖν βουλομένοις συνέλαβέ τε καὶ καθείρξας εἶχεν ἐν τῇ ἀκρο-
πόλει. ἐνῆγε μὲν οὗτος καὶ πρότερον ἐπὶ ξυνωμοσίᾳ, δύναμιν
ἀξιόχρεω περιποιούμενος, τούς τε Ἑλλήνων περιφανεῖς καὶ
μετὰ ταῦτα Ἀλβανῶν τοὺς δυνατωτάτους. τοῦτον δὴ γέ-
νους ὄντα οὐ φλαύρου, πρὸς δὲ μάλιστα ἀφανοῦς Θεόδω-
ρος ὁ νεώτερος τῆς Σπάρτης ἡγεμών, φύσεως εὖ ἔχειν δοκοῦν-
τα καὶ ἐς τὰ ἄλλα οὐκ ἀξύνετον, ἐς τοὺς παρ' ἑαυτῷ πρω-
τεύοντας ταξάμενος χρήμασί τε ἐθεράπευσεν. ὁρμώμενος δὲ
D ἀπὸ ταύτης τῆς τοῦ ἡγεμόνος εὐεργεσίας, ἐρίζων πρὸς τοὺς
τῶν Ἑλλήνων ἐπιφανεῖς, ἔπρασσε τὰ Πελοποννησίων πρὸς τὸν

promissis accendentes, persuaserunt ut in ipsorum partes abiret et deficeret, Centerionisque filiam duceret, virosque captos vinculis eximeret. et propalam bellum cum Graecis gerebant. Centerionem quidem regis frater Thomas ideo in vincula duci iusserat, quod cum Amurates Mechmetis Isthmum destrueret, ipse recta ex Peloponneso in Achaiam se recepisset. ad defectionem inclinabat ipse, necnon Bochales Leontares princeps. et quidem Bochales aperte defecit et propalam bellum gerebat; et conserens manus cum Raule principis duce captus est, captoque oculi eruti sunt. hos quidem in hunc modum accusatos in carcerem coniecit, Centerionem videlicet, quod deseruisset Peloponnesum Amurate Isthmum diruente, Lucanem autem, quod res novas moliretur et conspirationem faceret cum his Graecis qui Peloponnesi statum, novarum rerum cupidi, conturbarent. concitaverat vir iste iam antea ad coniurationem faciendam Graecos insigniores, necnon Albanos potentissimos, adeo ut iam vires coniurationis essent haud poenitendae. hunc, cum esset ortus genere non malo, sed maxime obscuro, cum videretur optima esse indole praeditus et caetera non imprudens, Theodorus iunior Spartae princeps in eorum album retulit qui primi apud ipsum habebantur, opibus-

ἡγεμόνα δημαγωγῶν. ἐτράπετο δὲ ἐπὶ τούτους ὡς διενεχθέν-
τας μὲν τῇ γνώμῃ πρὸς τοὺς Βυζαντίου Ἕλληνας, καὶ δεδιό-
τας περὶ σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τῇ χώρᾳ καὶ Τούρκους, ὡς ἢν
ἐπικρατήσωσι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πραγμάτων, οὐκ ἐπιτρέ-
ψουσι σφίσι τῇ παρούσῃ ἐμμένειν εὐδαιμονίᾳ. καὶ ἐδόκει
μὲν τὸ μέγα δύνασθαι αὐτίκα παρ' ὅτῳ συσταθείη τῶν ἡγε-
μόνων, ὑγιὲς δὲ αὐτοῦ οὐδὲν ἔτι ἦν ἐν τοῖς πράγμασι. τού-
των μὲν οὖν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἡ ἀπαλλαγὴ ἐγένετο ἀπὸ τῆς
εἱρκτῆς· στρατὸν δὲ ἐπάγοντες τῇ τε Κλίνῃ αἴσχιστα ἀπηλ- P. 217
λάττοντο ἡττηθέντες, καὶ ἐς Πάτρας τῆς Ἀχαΐας στρατευσά-
μενοι καὶ ἐς τὸν ἡγεμόνα τὸν νεώτερον κακῶς ἔπραξαν, πολ-
λοὺς ἀποβαλόντες τῶν σφετέρων ἐνταῦθα.

Καὶ ἐδόκει μὲν οὖν ὡς τὰ Πελοποννήσου πράγματα χω-
ρῆσαι ἐπὶ τοὺς Ἀλβανούς, εἰ μὴ διαπραξαμένου τοῦ Ἀσάνεω
ἐν ταῖς βασιλέως θύραις ὥστε στρατὸν σφίσιν ἐπιδοθῆναι,
στρατόν τε ἐπηγάγοντο τοῦ βασιλέως, ἡγουμένου τοῦ Τουρα-
χάνεω, ὃς ἀφικόμενος σὺν τῷ στρατῷ ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον,
καὶ συγγενόμενος τοῖς ἡγεμόσιν ἐφ' ᾧ βουλεύσασθαι ὅπως B
ποιήσωνται τὸν πόλεμον, πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε τοιάδε. "ὦ βα-
σιλέως Ἑλλήνων παῖδες, ἀνάγκη μέντοι καὶ ὑμῶν τινὰ αὐτοῦ
παρεῖναι ἐς τὸν πόλεμον. καὶ γὰρ ἂν ὁρῶντες ὑμᾶς οἱ πο-
λέμιοι θᾶττον ἂν προσχωροῖεν, ἰδόντες οὐδέν τι σφίσιν ἀνή-

1. διενεχθέντα P 2. δεδοιότα P

que eum colere haud cessavit. ab hac igitur principis munificentia progressus Graecos illustres in seditionem praecipitavit, et Peloponnesi res in ipsum captando auram popularem convertit. simulabat autem se dissidere a sententia Graecorum Byzantiorum, et timere plurimum ipsis regionique. dicebat se et leges timere. nam si obtinuissent Peloponnesi res, fore ut deiicerentur ex praesenti rerum felicitate, et plurimum momenti in eo situm putabat ut cum aliquo, quocunque tandem, conspirasset principe. res autem Peloponnesiacae nihil sani prae se ferebant. exercitum itaque ducentes contra Clinam, recedebant victi admodum turpiter. deinde expeditionem sumebant adversus Patras Achaiae et ducem iuniorem. necnon in hac expeditione adversis fortunae procellis iactati sunt, plurimis de suis amissis.

Et profecto parum abfuerat quin res Peloponnesi translatae essent ad Albanos, ni Asanes profectus in ianuas regis ab eo exercitum impetrasset. advenit autem regius exercitus, cui praeerat Turachanes. hic ut venit cum exercitu in Peloponnesum, collocutus est cum principibus, ut consultarent quomodo bellum administrandum esset, et huiuscemodi orationem exorsus est. "o Graecorum regis filii, oportet quidem vestrum quosdam hic adesse in bello. nam ubi vos viderint hostes, citius ad vos pergent, scientes se nihil mali a vobis

κεστον ἐσόμενον ὑφ' ὑμῶν. ἡμῶν δὲ διαφόρων τε ὄντων, καὶ δεδιότες, οὐκ ἂν πάνυ τι ῥᾳδίως ἐθέλοιεν προσχωρεῖν οἷα δειμαίνοντες, καὶ οὕτω ῥᾳδίως ἂν κατορθοῖτο ὑμῖν τὰ πράγματα ἐς τὸ παρόν. τόδε μέντοι παραινῶ ὑμῖν, ὡς μηκέτι τοῦ λοιποῦ διαίτῃ διαχρῆσθαι τῇ αὐτῇ ἐς τοὺς ὑπηκόους C ὑμῶν, ἀλλὰ τοὺς ἀγαθοὺς μέντοι ἀμείβεσθαι κατὰ τὸ δυνατόν, τοὺς δὲ κακοὺς τιμωρεῖσθαι κατὰ δύναμιν, ὡς σὺν τοῖς ἀγαθοῖς, εὖ ἴστε, εὐπετῶς δυνήσεσθε κολάζειν τοὺς φαύλους. καὶ μηδὲ ἀνὰ . . . . . ἐπιτρέποντας τὸ πᾶν ἐθέλητε συγχωρεῖν, τί ἂν αὐτόματον ἀποβαίη; δῆλα γὰρ ὡς τοῦ κακοῦ ἐς τὴν βελτίονα μοῖραν ἱδρυμένου, καὶ ταύτῃ ῥᾳδίως ἂν τρέποιντο ἅπαντες κακοὶ περὶ ὑμᾶς γενόμενοι, καὶ οὕτω ἐπιτριβόμενοι κάκιστα ἂν ἀπόλοισθε. χρὴ δὲ καὶ ἐκ τῶν παρῳχημένων τεκμαίρεσθαι τὸ μέλλον ἔσεσθαι ὑμῖν ἐπιτήδειον. ὑμῖν γὰρ οὕτως ἔχουσι, καὶ θεραπεύουσι τοὺς μὴ ὑγιῶς ὑμῖν δια- D κειμένους, εἰς τοὐναντίον ἕκαστα περιέστη· καὶ εἰ μὴ ὁ βα- V. 170 σιλεὺς νῦν εὖ ποιῶν ὑμᾶς τὴν χώραν αὖθις ἀποδώσοι γε, εὖ οἶδ' ὅτι οἴχοιτ' ἂν ὑμῖν τὰ πράγματα διαφθειρόμενα. ὡς οὖν ταύτῃ οὐ ἐπιτηδείως πολιτευομένων, δέοι ἂν ὑμᾶς ἐπὶ τὴν ἐναντίαν τραπέσθαι. κἀκεῖνο δὲ αὖ παραινῶ ὑμῖν, μὴ

2. δεδοιότας P

passuros. nos enim, qui hostes eorum sumus, ubi conspicati fuerint, accedere ad nos recusabunt formidine occupati. huic meo consilio si parueritis, rebus in praesentia ex animi sententia utemini. hoc autem diligenter moneo, et hortor etiam ne deinceps vestros subditos quemadmodum hactenus tractare velitis. verum bonis benefacere ne cessaveritis, malos vero poenis subdere ne omiseritis, et utrinque maxima cura et indefesso studio hoc agite. nam si boni vos adiuverint (iuvabunt autem, si beneficia vestra senserint), haud difficile erit punire malos. si igitur malis haud permiseritis quicquam impune facere, quid inopinati vobis poterit contingere? manifestum enim est, si improbi in bonorum ordinem redacti fuerint, facile omnes eo convertentur qui improbi in vos fuerint. et in hunc modum oppressi et imminuti pessime peribitis. oportet autem a praeteritis coniecturam facere, ut id quod in praesentia utile sit statuatur. verum vestri erga vos sic sunt adfecti, ut amore complectantur eos qui vos oderunt, et contrarium semper sequantur. et ni rex vestram vicem dolens vobis subsidio veniret, et regionem propemodum amissam redderet, bene scio de vobis rebusque vestris actum esset. cum igitur rerum experientia doceat vos haud recte hactenus rem publicam et principatum administrasse, videtur necessitas monere, imo postulare, ut porro aliter subditos imperio temperare in animum inducatis. et illud iterum sedulus moneo, ne sinere velitis, dum domi

οἴκοι διατρίβοντας ἐὰν ὑμῖν φέρεσθαι τὰ πράγματα ὅποι χωροίη ὑμῖν, ἀλλ' ἐπιόντας αὐτούς, ἥν τινα αἰσθάνησθε, τιμωρεῖσθαι αὐτίκα, μηδὲν μαλακὸν ἐνδιδόντας. δύο γὰρ ταῦτα καὶ Τούρκους ἐποίησε μέγα δύνασθαι, σπουδῇ τε ἅμα τὸ πα- P. 218
ρεῖναι ἁπανταχῇ καταλαμβάνοντας ὅτου ἂν δέοιντο, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἀμείβεσθαι ἐς τὰ μάλιστα. καὶ ἤν τι ἐς τὸ παρὸν μὴ ἐπιτρέπῃ τιμωρεῖσθαι τοὺς φαύλους, εἴκειν μὲν συγχωροῦντας ὅτου ἂν δέοι, αὐτίκα δέ, ἐπειδὰν κατασταίη τὰ πράγματα, μηκέτι ἐπιτρέπειν αὐτῷ κακῷ ὄντι ἐξυβρίζειν, ἀλλ' εὐθὺ ἐπιόντα ἀμύνεσθαι."

Ταῦτά τε ἔλεγε, καὶ ἐπὶ τοὺς Ἀλβανοὺς παρεκάλει τὸν ὕστερον αὐτῷ ἕπεσθαι. καὶ πρῶτα μὲν Δημήτριος ἐλαύνων ἅμα τοῖς Τούρκοις ἐπὶ Βορβοτίαν χώραν ἐρυμνήν, ἐς ἣν καταθέμενοι παῖδάς τε καὶ γυναῖκας οἱ Ἀλβανοὶ ἐπὶ τῷ στόματι B
τεῖχός τε ἐπῳκοδόμησαν καὶ πυργίον, ἐνταῦθα ἀφικόμενοι ἐπολιόρκουν ἅμα ἄμφω τὼ ἡγεμόνε, καὶ Ἕλληνές τε ἅμα καὶ Τοῦρκοι προσέβαλλον ὑπορύσσοντες καὶ ἐπειρῶντο ἑλεῖν. ἡ μέντοι νὺξ ἐπιγενομένη διεκώλυσεν αὐτοὺς οὕτω ἑλεῖν. ὑπὸ δὲ τὴν νύκτα διὰ φάραγγος, ἐς ἣν καθήκει τὸ ὄρος ὥρμηντο ἐς φυγήν. οἱ μὲν οὖν Τοῦρκοι αἰσθόμενοι ὡρμημένους ἐς φυγήν, αὐτίκα ἐπεισπεσόντες ἠνδραποδίσαντο ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας ἀμφὶ τοὺς μυρίους γενομένους. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξ-

8. δὴ P

agitis, res vestras seditione dissipari: sed infestis animis ite contra eos qui seditiones excitare nituntur, neque quicquam his ita delinquentibus mollius remiseritis. duo enim illa Turcos ad maximam evexere potentiam, videlicet diligenter malos conquirere ubicunque necessitas exegisset, et meritis subdere poenis; deinde in bonos non cessare conferre beneficia. et si quando instantia prohibuissent sontes poenis ferire, dare veniam peccantibus haud cunctabantur. verum ubi iam omnia essent in tuto, nec quicquam periculi immineret, poenas iis qui sic commeruerant infligebant, nec eos iniuriis certare sinebant, verum iniuriarum ultionem constanter expetebant."

His dictis, postremo eos hortabatur ut se sequerentur in Albanos. et primo quidem Demetrius adiunctis Turcis proficiscebatur contra Borbotanem regionem munitam, in quam Albani custodiae causa liberos et uxores deposuerant, in aditu murum et turrim exaedificantes. eo cum venissent ambo duces, locum obsidione premere occipiunt. Graeci Turcique pariter murum subruentes vi in eam regionem irruebant, si quo modo eam occupare possent. at nox superveniens impedimento fuit quo minus is locus in ditionem hostium veniret. instante autem nocte per vallem, in quam mons desinit, fuga dilabuntur Albani. verum Turci, ubi allatum est hostes fugam

C ἐλαύνοντες ἀφίκοντο ἐς τὴν Ἰθώμην, ἐναλλὰξ ἑπομένου τοῦ Θωμᾶ νεωτέρου ἀδελφοῦ τῷ στρατῷ, καὶ ἐπὶ πολίχνην Ἀετὸν καλουμένην, προσχωρήσασαν Κεντηρίωνι ὀλίγῳ πρόσθεν. καὶ παρεστήσαντο μέντοι τὴν πόλιν, ἐφ' ᾧ χίλια ἀνδράποδα τῷ στρατεύματι καὶ τὰ ὅπλα καὶ ὑποζύγια παραδιδόναι. προσεχώρησαν μὲν οὖν αὐτίκα καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἀλβανῶν τοῖς ἡγεμόσι, διαπρεσβευόμενοι ἐφ' ᾧ ἔχειν αὐτοὺς ἅττα δὴ ὑπηγάγοντο, καὶ ἵππους καὶ ὑποζύγια ὅσα ἐληίσαντο μὴ ἀποδιδόναι. ξυνέβησαν μὲν ἐπὶ τούτοις τῷ ἡγεμόνι αὐτοῦ ἕκαστος.

Τουραχάνης μὲν ἐβούλετο ἀσθενῆ ποιεῖν τὰ τῶν Ἀλβα- D νῶν πράγματα, ὥστε τοῦ λοιποῦ χρῆσθαι αὐτοῖς ἐπιτηδείως σφίσιν ἐπὶ τὸ ξυνοίσειν αὐτοῖς δοκοῦν. ἐπεί τε δὴ ἔμελλεν ἀπελαύνειν, ἀφικόμενος αὖθις ἐς λόγους ἀμφοτέροις τοῖς ἡγεμόσιν ἔλεγε τοιάδε. "ὦ βασιλεῖς Ἑλλήνων, ἐμοὶ μὲν καὶ πρότερον τῇδε συγγενομένῳ εἴρηται ἱκανῶς ἐς ὑμᾶς ἃ φρονῶν τυγχάνω περὶ τὰ ὑμέτερα πράγματα. καὶ νῦν δὲ τοσόνδε ἂν λέγοιτο, ὡς ὁμονοοῦσι μὲν πρῶτα ὑμῖν ἔσται ἄφθονα τἀγαθά, διενεχθεῖσι δὲ καὶ δίχα γενομένοις τἀναντία τούτων, ἔπειτα δὲ καὶ μὴ ἐπιτρέπουσι καθ' ἡσυχίαν ἐξυβρίζειν τοὺς ὑπηκόους ἐς ὑμᾶς, ἀλλὰ ἀφειδέστερον κολάζειν, μηδέ- P. 219 ποτε ἡσυχίαν ἄγειν. ὡς κακοῦ μὲν ἡ ἀρχή, καὶ ἣν φαυλοτάτη οὖσα τυγχάνῃ προσοῦσα, ἐπὶ μέγα χωρεῖ αὐτίκα ὕβρεως,

22. προϊοῦσα?

capessere, continuo signa inferentes cepere viros et mulieres circiter decem milia. his ita gestis exercitum moverunt Ithomam, Thoma fratre iuniore exercitum usque mutatis vicibus subsequente. hinc exercitus ducitur contra urbem Aëtum sive Aquilam dictam, quae non multo ante Centerionis partes secuta fuerat; quam in fidem hac condicione receperunt, ut exercitui mille mancipia, arma et iumenta traderent. postea et caeteri Albani in dicionem venire haud abnuebant, cum mitterent legatos ad duces, qui dicerent Albanos paratos esse imperata facere, si paterentur ipsos habere loca quae subegissent, nec cogerentur equos et iumenta, quae praedando acquisivissent restituere. condiciones hae, quemadmodum duces singuli id significarunt, sunt acceptae, et ex eo singuli suis ducibus reconciliati sunt.

Turachanes autem id quaerebat ut res Albanorum infirmiores efficeret, ut in posterum principes iis uterentur commodioribus. hic vir cum iam adornaret abitum, denuo cum Graecis in colloquium venit, et in hunc modum disseruit. "o reges Graecorum, cum nuper apud vos sermonem haberem, satis, opinor, declaravi quid, quantum attinet ad res vestras, fieri velim. hoc autem nunc adiicere placuit. si concordes fueritis, res vestrae in tranquillo et felice requiescent statu: at si discordes fueritis et dissensiones moveritis, contrarium

καὶ πολλαπλασίων γιγνομένη αὐτὴ ἑαυτῆς οὐκέτι κατασχετὴ V.171 γίγνεται. ὡς δὲ μὴ ἀγαθά· φίλα γάρ, ἐφ' ὅ τι ἂν τρέποιτό τις κινούμενος, τοῦτο ὡς τὰ πολλὰ αὔξειν καὶ μέγα ἀποδείκνυσθαι, τί ἂν ἐπιτηδεῦον τυγχάνει." ταῦτα εἰπὼν καὶ δεξιωσάμενος τοὺς ἡγεμόνας ἀπήλαυνε.

Καὶ τούτοις μὲν ὡς τοὐναντίον κατέστη ἅπαντα· εἰς γὰρ τὸ θεραπεύειν τετραμμένοι ἑκάτεροι, πρὸς ἀλλήλους τε γνώμῃ τὰ σφέτερα αὐτῶν διενεχθέντες, ἐρίζοντες ἀλλήλοις ἐτύγχανον ὁπότερος ἂν μάλιστα εὖ ποιῶν φαίνοιτο, ὥστε δο- B κεῖν αὐτοὺς χαρίζεσθαι. καί τινες τῶν παρ' αὐτοῖς τὰ πρῶτα φερομένων, ἐναγόντων τε καὶ ἐπὶ ξυνωμοσίαν προκαλουμένων τοὺς ἄλλους, ὥστε ὁμοφρονεῖν οὕτω κωλύειν διενοοῦντο. αὐτοί τε σφίσι κακοδαιμονοῦντες ἐπέτρεπον τὰ πράγματα σφίσιν αὐτοῖς φθείρεσθαι. Λουκάνης τε ὁ Πελοποννήσιος, καί τινας τῶν Βυζαντίου ἐπαγόμενος, συνίστα τε τοὺς Πελοποννησίους τε ἅμα καὶ Ἀλβανοὺς ἐφ' ᾧ σφίσι τε αὐτοῖς ὧν ἔχει ἐπιτηδείους, καλῶς πολιτεύεσθαι. καὶ ὥρμηντο μὲν ἐπὶ Ἀσάνη, μέγα δυνάμενόν τε ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Κορίνθου C καὶ μοῖραν οὐκ ἐλαχίστην τῆς Πελοποννήσου ἐπιτροπεύοντα. καὶ οὐ προσίετο μὲν οὗτος, οὐδὲ συγχωρῶν. ἔνθα δὴ οὔτε

2. φιλεῖ? 4. ὅ τι ἂν ἐπιτηδεύων τυγχάνοι? 6. εἰς τοὐναντίον μετέστη? 8. τὰ σφέτερα αὐτῶν post ἑκάτεροι ponendum.

eorum quae in medium adduxi eveniet. in primis operam date ne subditi vestro imperio conviciis vos proscindant, dum alta fruimini pace: verum impensius contumeliarum et iniuriarum auctores punire ne cessaveritis. mali enim principium, quamvis pessimum sit, attamen continuo ad magnas procedit contumelias; quae ubi auctae fuerint, se ipsas haud amplius sustinere possunt. itaque ne quis id bonum censuerit. solet enim id cuius quis amore rapitur, usque crescere et incrementa sumere, quicquid tamen ingruat." haec locutus Peloponnesi ducibus dexteram porrigit; quo facto abiit.

Caeterum longe alia quam hic praeceperat, secuti sunt studia. nam dum uterque ad suos colendos et beneficiis devinciendos esset pronior, usque discordias inter sese foverunt, dum uterque suos maiore indulgentia habere niteretur, quo eos sibi magis fidos pararet. itaque toti ad gratificandum propendebant duces. quidam apud hos viri primarii reliquos ad seditionem et coniurationem instigabant; quod quidem ideo fiebat, ut discordia exoriretur et illorum concordiam inhiberent. interim duces his, quasi malo daemone incitati, res suas miseri corrumpendas commisere. Lucanes Peloponnesiacus adducens quosdam Byzantios, Albanos et Peloponnesios ad conspirationem impulit, ut pro suo arbitrio, non ducum, res publi-

ὃν ἐπάξαντο φόρον ξυμφερομένων, οὔτε τῶν Πελοποννησίων οὔτε τῶν Ἀλβανῶν, οὐκ εἶχεν ἀπάγειν τῷ βασιλεῖ. ἦν δὲ αὐτοῖς ὁ ἐπέτειος φόρος μύριοι καὶ δισχίλιοι χρυσίου στατῆρες.

Οἱ μὲν Ἕλληνες οὕτω ἐν οὐδενὶ λόγῳ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐπιτριβόμενοι κατὰ βραχὺ ἀπώλλυντο. τόν τε γὰρ φόρον αὐτοί τε οἱ Ἀλβανοὶ καὶ οἱ Πελοποννήσιοι οὐκ ἔφασαν ἀποδιδόναι, ἂν μή τις αὐτοῖς ἐπιδιελόμενος τὴν χώραν ἐπὶ τοῖς
D ἴσοις τε καὶ ὁμοίοις ξυμβαίη. ἀλλ' ἐχρῆν μὲν ταῦτα τύχην οὐκ ἀγαθὴν φερόμενα ταῦτ' ἄρα ἰσχὺν σφίσι τὴν τελευτήν, καὶ οὕτω ἀποβήσεσθαι ἐς τὸ μηδὲν εἶναι γενόμενα.

Βασιλεὺς δὲ ὁ Μεχμέτης τὴν δευτέραν ἔτι μετὰ τὴν Βυζαντίου αἵρεσιν ἐστρατεύετο ἐπὶ Τριβαλλοὺς καὶ Νοβόπυργον πόλιν ἐντὸς τοῦ βασιλέως χώρας παρὰ ποταμὸν Μοράβαν καλούμενον, ὃς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται ῥέων ἀπὸ τῆς Πριστίνου τῆς βασιλέως χώρας, καὶ ἐκδιδοῖ ἐς τὸν Ἴστρον. ἐνταῦθα γενόμενος τὰ στρατεύματα μὲν αὐτῷ ξύμπαντα ἐπέ-
P. 220 δραμον τὴν Τριβαλλῶν χώραν, καὶ ἀφιππάσαντο τὴν χώραν λῃσάμενοι, αὐτὸς δὲ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, τηλεβόλοις ὑπτίοις βάλλων τὰ ἐντὸς τῆς πόλεως. ἐξεύρητο δὲ τῷ βασιλεῖ τούτῳ αὕτη ἡ τῶν τηλεβόλων ὑπτίων κατασκευή. καὶ ἐπα-

9. ταῦτα κατὰ τ.? et mox τοιαύτην ἄρα ἴσχειν? 15. ὡς P
18. ἀφιππάσαντα P

cas suas administrarent. hac coniuratione freti pergebant ad Asanem, cuius auctoritas in Peloponneso erat maxima, ut qui Corinthum necnon modicam Peloponnesi partem regebat. hic eos nequaquam admittebat, neque quicquam iis concedebat. exinde cum Albani et Peloponnesiaci tributum, quod imperatum erat, pernumerare abnuerent, nec Asanes id ad regem perferre potuit tributum autem annuum pendebant duodecim milia aureorum staterum.

Quapropter in hunc modum mutuis discordiis attriti Graeci paulatim peribant. nam propalam iactabant Albani et Peloponnesii se tributum non exoluturos, nisi inter ipsos regio universa aequaliter divisa fuisset. oportebat sane haec, cum parum propitia fieret fortuna, ipsis exitium adferre, et planissime ad nihilum redigere.

Rex quidem Mechmetes secundam capto Byzantio expeditionem contra Triballos et Novopyrgum urbem sumpsit. haec intra regis regionem sita est prope flumen Morabam, qui fluens a Pristino regis regione, et huc veniens in Istrum exhauritur. exercitus regius universus grassabatur per Triballorum regionem universam: equitatus quoque in hanc emissus praedas rerum omnium confertim agebat. ipse autem circumsederat parte copiarum urbem, et supino bombardarum iactu gravissime, quae intra eam erant, adfligebat. bombar-

φίασι μὲν ἄνω ἐς τὸν ἀέρα τὸν λίθον, καταβαίνων δὲ βάλλει ἐς ὅ τι ἂν ἰθύνοι αὐτὸν ὁ τηλεβολιστής, σημεῖον κομιζόμενος, καὶ δαιμονίως τυγχάνει τοῦ σκοποῦ ἐς τὸν μετεωρισμὸν τοῦ λίθου. οὕτω μὲν οὖν τὴν πόλιν τύπτων ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς ἠνάγκασε τοὺς ἐνοικοῦντας προσχωρῆσαι αὐτῷ. ἐπεί τε δὴ προσεχώρησαν, τὰ ἔπιπλα καὶ τὰ πλείστου ἄξια ἀφελόμενος, καὶ μοῖράν τινα ἀπαγαγὼν ἐς ἀνδραποδισμόν, τοὺς ἄλλους B ᾤκισεν αὐτοῦ καταλιπὼν διὰ τὴν μετάλλου ἐργασίαν, ἣν μάλιστα δὴ τῶν ταύτῃ χωρίων ἐπιστάμενοι ἐτύγχανον. πρόσοδος δὲ αὕτη οὐκ ἐλαχίστη τοῦ βασιλέως, ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα V. 172 αὐτοῦ μετάλλων τῆς πόλεως ταύτης. ὁ δὲ Τριβαλλῶν ἡγεμὼν ὡς ᾔσθετο ἐπ' αὐτὸν ἐπιόντα βασιλέα Μεχμέτην, ᾤχετο μὲν διαβὰς ἐπὶ Παιονίας καὶ ἐπὶ Χωνιάτην, δεδιὼς μὴ ἐς τὴν Σπενδερόβην ἀφικόμενον πολιορκοῖτο καταστάς, καὶ ἐδεῖτο μὲν αὐτοῦ ἐπαμύνειν προσήκοντί τε καὶ ξυγγενεῖ ὄντι. καὶ ἐδόκει μὲν κἀκείνῳ τιμωρεῖν, ἐπὶ δὲ Σπενδερόβην ἔπρασσε C πρὸς βασιλέα γενέσθαι οἱ εἰρήνην. οὗτος μὲν ἐπεβίω οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ ἀπέθανεν, ἐχώρει δὲ ἡ ἀρχὴ πρὸς Ἐλεάζαρον τὸν νεώτερον αὐτοῦ παῖδα. οἱ δὲ τυφλοὶ αὐτίκα ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἡγεμόνος χρήματα ὑφελόμενοι ὅσα ἐνεχώρει,

7. ἐπαγαγὼν P 8. ᾤκησεν P 13. Παίονας? 14. πολιορκοί?

das autem erectas, supino iactu lapides in altum torquentes, primus rex ille invenit. nam bombardae illae erectae, sive mortaria, in aërem globum sublimem iaculantur. qui deinde delapsus id penitus ad quod a bombardario fuerit directus, sternit et comminuit. tanta autem globi certitudo est, ut nullo modo aberret a scopo quem bombardarius animo destinarit, quamvis globus in altum eiectus fuerit. diebus igitur plurimis Mechmetes oppidanos in hunc modum laedens, tandem eos deditionem facere coegit. ubi semet ipsos suaque fidei regis tradidere, ipse suppellectilem et pretiosissima quaeque accipiens, et partem quandam hominum in mancipiorum condicionem transferens, reliquos ibi habitare passus est, maxime propter metalli opus, cuius in primis istius regionis incolae periti censentur. nec contemnendus regi reditus est ex metallis quae sunt iuxta istam urbem. Triballorum princeps Georgius, cognito contra se Mechmetem hostili animo pergere, abiit transiens in Pannoniam ad Choniatem, veritus si Senderoviam venisset, ne obsideretur a rege. rogabat itaque Choniatem ne se amicum et propinquum desereret, verum acerrime a vi Turcorum assereret. ubi autem Georgius tantum effecit apud regem ut pax fieret, non multo post expiravit. successio principatus devolvebatur ad Eleazarum filium iuniorem. at caeci Stephanus et Georgius continuo surripientes pecunias quotquot

ἀφίκοντο παρὰ βασιλέα, καὶ χώραν παρεχομένου τοῦ βασιλέως ἱκανὴν τὴν δίαιταν ἐποιοῦντο. βασιλεὺς μὲν οὖν τούτῳ ἀπάγοντι φόρον ἱκανόν, ἐς δισμυρίους χρυσίου στατῆρας,
1456 σπονδάς τε ἐποιήσατο, καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἐστρατεύετο ἐπὶ Μπελογράδην τὴν πόλιν Παιόνων. αὕτη δὲ ἡ πόλις ᾤκεῖτο,
D ὡς πρότερόν μοι δεδήλωται ἐπὶ Ἀμουράτεω, παρὰ τὸν Ἴστρον ἀφ' ἑνὸς πλαγίου, ἀπὸ δὲ ἑτέρου ἐπιρρέοντος Σάβα τοῦ ποταμοῦ καὶ ἐκδιδόντος ἐς τὸν Ἴστρον ἀμφίρρυτος γίνεται ἡ πόλις ἀμφοῖν τοῖν ποταμοῖν παραρρεόντων.

Ἐπὶ ταύτην δὲ τὴν Μπελογράδην ἐστρατεύετο Μεχμέτης ὁ Ἀμουράτεω, καὶ πρότερον ἐπὶ Ἰλλυριοὺς στρατεύματα ἐπιπέμψας ἡγουμένου Θερίζεω καὶ Ἁλίεω τοῦ Μιχάλεω. πρὸς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ συνῆπτο αὐτῷ πόλεμος πρὸς βασιλέα Κολχίδος τῆς Τραπεζοῦντος. καὶ τριήρεις ἐπιπέμψας ἐδῄου τε τὴν Κολχίδα, καὶ ἤπειρον, κατὰ θάλατταν, ἡγουμένου τοῦ
P. 221 Χητύρεω τοῦ τῆς Ἀμασίας ὑπάρχου. ὡς μὲν οὖν κήρυκα ἔπεμπε περιαγγέλλοντα παρεῖναι αὐτῷ τὰ στρατεύματα ἐς Ἀδριανούπολιν, ἐξελαύνει αὐτὸς ἔχων τάς τε θύρας καὶ τοὺς νεήλυδας, καὶ χαλκὸν μὲν παρὰ τοὺς τηλεβόλους ἔμπλεον φερόμενος διά τε νηῶν αὐτῷ καὶ καμήλων ἤλαυνε διὰ τῆς Τριβαλλῶν χώρας. καὶ ἐξένιζε μὲν ὁ τῆς Σπενδερόβης ἡγεμὼν τόν τε βασιλέα καὶ τοὺς ἡγεμόνας, δῶρα πέμπων ὡς μέγι-

15. κατ' ἤπειρον?

poterant, venere ad regem; qui cum his regionem assignaret, factum est ut victum nanciscerentur sufficientem. pax autem cum eo convenerat ut quotannis tributum maximum ferret, videlicet viginti milia staterum auri. eo anno qui sequebatur, expeditionem contra Belgradum urbem Pannoniae suscepit. urbs haec, quemadmodum docuimus cum scriberemus de Amurate, ab uno latere iuxta Istrum sita est, ab latere altero alluitur Savo, qui se in Istrum effundit; ab utroque circumfluitur ea urbs, si quidem ambo praeter eam labuntur.

Contra hanc exercitum duxit Mechmetes Amuratis filius: prius tamen cum parte copiarum contra Illyrios ire iussit Therizem et Haliem Michaelis filium. praeterea eodem tempore bellum ei erat cum Colchidis rege, qui praeerat Trapezunti. mittens igitur triremes, quarum dux erat Chetyres Amasiae praefectus, Colchidem et maritimam Colchidis regionem evastabat. ubi igitur voce praeconis, quem per universum regnum miserat, exercitus suos Adrianopolim excivit, in militiam profectus est ipse, ducens ianuae milites et peregrinos; et navibus subvehebat camelisque portabat aeris plurimum ad bombardas fundendas, iterque fecit per Triballorum regionem. Triballorum dux hospitaliter et benigne regem et duces tractavit, mittendo iis munera

στα, παρεσκευάζετο μέντοι καὶ αὐτός, ἢν Μπελογράδη ἁλώσοιτο, αὐτίκα καὶ αὐτὸς πολιορκησόμενος. ἐπελάσας δὲ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν. ἔκειτο διὰ μέσου τοῖν ποταμοῖν ἰσθμός, B ἑπτὰ στάδια μάλιστα τὸ εὖρος· ἔνθα δὴ καθιστὰς καὶ στρατοπεδευσάμενος ἐπολιόρκει τὸ ἄστυ, καὶ ἔπαιε μὲν τηλεβόλοις τὸ τεῖχος, καὶ οἱ νεήλυδες τοῖς στεγάσμασιν ἀγχοῦ γενόμενοι τοῦ τείχους ἐτόξευόν τε τοὺς Παίονας. στρατόπεδον δὲ καὶ τοῦτο μέγα βασιλέως ἐγένετο. ἐννοούμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς ἢν ἐπικρατήσῃ τοῦ ποταμοῦ καὶ μὴ δυνατοὶ ὦσιν ἔτι τοῦ λοιποῦ διαβαίνειν οἱ Παίονες ἐς τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἀντιπέραν τοῦ ποταμοῦ ἐπαμύνειν, ῥᾷον αὐτῷ προσχωρῆσαι τὴν πόλιν [ἁλώσεσθαί οἱ τὴν πόλιν], ἐπλήρου ναυτικὸν πολύ, ὃ C κατὰ τὴν παρίστριον χώραν αὐτοῦ ἐξηρτύετο, καὶ παρεσκευάζετο ἀμφὶ τὰ διακόσια πλοῖα, ταῦτα πληρώσας τόν τε ποταμὸν κατασχήσων, διακωλύειν τὴν Παιόνων δύναμιν διαβαίνειν ἐς τὴν πόλιν, καὶ τούς γε ἐν τῇ πόλει ἀπολαβὼν ἐντὸς V. 173 ταύτῃ ἐμπολιορκήσειν. τὰ μὲν οὖν πλοῖα ἀνήγετο ἐς τὸν ποταμὸν ἀπὸ Βιδίνης τῆς πόλεως, καὶ ἡμέρας τινὰς ἐκράτει τοῦτο κατὰ ταῦτα τὰ χωρία τοῦ ποταμοῦ. ὁ δὲ Παιόνων βασιλεὺς (ἐστρατοπεδεύετο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐς τὴν καταντικρὺ χώραν τοῦ Μπελογράδη στρατεύματι πολλῷ) πληρώσας καὶ D

1. post ἢν cum H omisi ἐν.

maxima. nam ducem Triballorum haud fallebat, se continuo armis Mechmetis debellandum, ubi primum in Turcorum dicionem Belgradum concessisset. rex igitur hostilia spirans exercitibus eam urbem circumsedit. est autem in medio utrorumque fluminum isthmus, latitudine maxime septem stadiorum. eum locum castris permuniendis delegit, idemque urbem oppugnabat, haud cessans murum bombardarum globis quassare. praeterea peregrini pluteis praeparatis muniti, cum proxime ad murum subiissent, sagittis Pannones petere haud intermittebant. castra regis maxima erant. rex autem cogitabat, si flumen solus obtineret et Pannones prohiberet, ne ex altera fluminis ripa ipsis aditus in urbem pateret, se facilius resistere hostibus et tandem urbe potiri posse: proinde copiis navalibus, quae erant per regionem Istro affusam dispersae, naves quae praesto erant implevit. naves autem numero erant ducentae. his fretus enitebatur obtinere flumen et inhibere Pannones, ne possent in urbem transgredi. praeterea cum in hunc modum a reliquis intercepisset et quasi inclusisset oppidanos, ad urbis oppugnationem, quam facilem sic fore putabat, totis viribus accingebatur. naves in flumen deducebantur ab urbe Bidina, et aliquot diebus flumen, quod eam regionem praeterlabitur, fortiter obtinebant. at Pannonum rex, qui cum magnis copiis castra posuerat in regione quae ex opposito erat, milite complet naves opti-

αὐτὸς πλοῖα τὰ κράτιστα, ὅσα ἐπῆν αὐτῷ ἐν τῇ Πούδῃ, κατέβη διὰ τοῦ ποταμοῦ ὡς ναυμαχίαν ποιησόμενα μετὰ τῶν τοῦ βασιλέως πλοίων. ἀνῄει μὲν καὶ τὰ βασιλέως πλοῖα ἐπὶ πολὺ τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὴν τῶν Παιόνων χώραν, καὶ δῃοῦντες ἔκαιον καὶ ἐληίζοντο. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ τῶν Παιόνων στόλος κατῄει, καὶ ἐμβαλόντα τοῖς πλοίοις τοῦ βασιλέως κατέδυσε μὲν ἔστιν ἅ, εἷλε δὲ καὶ ἀμφὶ τὰς εἴκοσι ναῦς. καὶ οἱ Παίονες διαχρησάμενοι τοὺς ἄνδρας, καὶ ἐς τὰς ναῦς κενὰς οὔσας τὰ σώματα καταθέμενοι τῶν φαρμακῶν, φορμηδὸν αὐτὰ ταξάμενοι, ἐνῆκαν φέρεσθαι ὑπὸ τοῦ ῥοῦ ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον. καὶ οὗτοι μὲν οὕτω ἀπώ-
P. 222 λοντο, αἱ δὲ λοιπαὶ ἔφευγον σπουδῇ ἐπὶ τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον, καὶ ἐποκείλαντες τὰ πλοῖα ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπέβησαν. ταῦτα μέντοι αὐτίκα ὁ βασιλεὺς ἐνέπρησεν, ὡς ἂν μὴ ἐπιπλέοντες αὐτὰ οἱ Παίονες ἕλωσι. τοῦ μὲν οὖν ποταμοῦ τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐπεκράτουν οἱ Παίονες, καὶ ἐκομίζοντο ἐκ τῆς καταντιπέραν ἠπείρου ἐς τὴν πόλιν, ἐς φυλακὴν τοῦ ἄστεος, ἄλλοι τε καὶ δὴ καὶ Χωνιάτης σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν καὶ Καπιστράνος ὁ Ναζηραῖος, σοφός τε καὶ ἐς τὴν θρησκείαν ἀνὴρ παρὰ τοῖς πρὸς ἑσπέραν ἔθνεσι μέγα
B εὐδοκιμῶν. δι' ἃ δὴ ἐπὶ τοὺς ἐν Βράγῃ τῇ μεγάλῃ τῶν Βοε-

9. φαρμάκων P

mas quas Budae habebat. et secundo flumine pergit contra Turcum, ut qui cum eo navale praelium esset commissurus. regiae naves contra flumen enisae ascenderant ad maximam Pannoniae partem, vastando urendo et praedando quaecunque casus obtulisset. verum haud multo post obviam procedit Pannonum classis hosti; et impetu invadentes regias naves quasdam demersere, et cepere naves circiter viginti. Pannones interfectis viris qui in navibus fuerant, aediculas in naves viris vacuas ponunt, et classem universam in ordines explicantes secundo flumine ad hostilia castra contendebant. Turci quidem in hunc modum necati interierant. caeterum naves reliquae quae non venerant in Pannonum manus, celeri fuga ad regia castra properant; et naves in portum ubi regia castra erant impingentes, et navibus egredientes, intra castra se recepere. has quidem naves illico rex incendi curavit, ne in Pannonum potestatem redigerentur. Pannones ex eo tempore flumine potiebantur, et ex continente, quae e regione erat, ferebantur in urbem, ut eam defenderent ab hostibus. in hanc ingrediebatur stipatus suis Choniates; praeterea Capistranus Nazaraeus sive monachus, cuius auctoritas in religionis negotio maxima habetur apud Occidentales. nam quia insignis pietate vir erat, missus est auctoritate pontificis ad Boemos Pragam urbem magnam inhabitantes, qui colebant Apollinem, ut eos abnegata ista impietate in

μων πόλει, ἐς τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος τετραμμένους θρησκείαν, ἐπεπόμφει αὐτὸν ὁ ἀρχιερεὺς δεινόν τε ὄντα λέγειν ἐπὶ τὴν τοῦ Ἰησοῦ θρησκείαν. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτοῦ ἐς τὴν τοῦ Ἰησοῦ μετέστησε δόξαν, πολλοὺς δὲ καλῶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους πολεμίους ὄντας τῶν Ἰησοῦ, Γερμανῶν τε καὶ Παιόνων καὶ Βοέμων, ἐπειδὴ ἴοι ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον, ψιλοὺς δὲ ὄντας τοὺς πλείστους, ἦγε μεθ' ἑαυτοῦ. οὗτοι μὲν οὖν, ὡς ἠγγέλλετο τὸ τεῖχος τοῦ ἄστεως ἐρρῖφθαι ἤδη πρὸς τῶν τηλεβόλων καὶ κινδυνεύειν τὴν πόλιν ἁλῶναι, οὗτοι μὲν οὖν, ὡς ἐπεκράτουν τοῦ πόρου, καθ' ἡσυχίαν πολλὴν ἐκομίζοντο ἐς τὴν πόλιν, οὐ πάνυ καταφρονεῖν γιγνόμενοι τῷ βασιλέως στρατῷ. C βασιλεὺς δέ, ὡς ἱκανῶς τὰ τείχη τοῦ ἄστεως καταβέβλητο καὶ ἤδη βάσιμα ἦν, παρεσκευάζετο ὡς προσβολὴν ποιησόμενος ἐπὶ ἀνδραποδισμῷ. καὶ τά τε πυρὰ τὰ νομιζόμενα ποιησάμενοι τῇ ὑστεραίᾳ παρεσκευάζοντο, τάς τε μηχανὰς προσφέροντες καὶ στεγάσματα, ὡς ἐξελοῦντες τὴν πόλιν. ἐνταῦθα ὁ τῆς Εὐρώπης στρατηγὸς Καραζίης, ἀνὴρ γενόμενος ἄριστος τῶν ἐν ταῖς βασιλέως θύραις, τελευτῶν ἀπὸ τῆς πόλεως τηλεβόλων. καὶ ὁ βασιλεὺς ξυμφορὰν ἐποιεῖτο τὴν Καραζίεω τελευτήν, καὶ ἐπένθει μεγάλως. ἐπεὶ d. 21 Iul. δὲ ἐδόκει προσβάλλειν, ἕωθεν σημήνας τὴν προσβολὴν ταῖς D τε σάπιγξι καὶ κυμβάλοις καὶ αὐλοῖς, καὶ ἀγόμενος τοὺς νεήλυδας προσέβαλλε τῷ τείχει. καὶ αὐτίκα μὲν ὑπερέ-

6. ἴοι] οἱ P 7. δέοντας P 18. τελευτᾷ ὑπὸ τῶν ἀπό?

religionem Iesu transferret. hanc enim mira persuasione docere noverat, ut qui esset dicendi peritissimus. quapropter plurimos Boemos docendo compulit Christi religionem assumere. praeterea plurimos Pannones et Boemos ad inferenda arma barbaris Christi hostibus permovit. et in hunc modum plurimos secum in hanc expeditionem quasi velites, ut eorum opera in velitaribus praeliis usui esset, duxit. nam hi, ubi compertum erat urbis murum bombardis esse stratum, et in periculo esse ut ab hoste impio caperetur, cum obtinuissent fluminis traiectum, per otium colligebantur in urbem; quorum vires neutiquam contemnendae erant hostili exercitui. rex Turcorum, cum iam murus dissipatus bombardis aditum praestaret, parabat se quasi incursionem facturus ad mancipiorum praedam agendam; et ignes, quemadmodum mos gentis est, facientes praparabant se ut in diem posterum urbem adorirentur. machinas et vineas, quibus tuti ad murum succederent, expediebant. Europae dux Carazies, qui gloria et virtute excellebat omnes qui in ianuis regis stipendia faciebant, ab oppidanis bombardae globo ictus occubuit. rex quidem mortem huius viri maximam calamitatem suis rebus invecturam augurabatur, et multum eum lugebat. cum autem visum esset mane urbem aggredi, tubes cymbala

βησαν οἱ νεήλυδες, καὶ ἀποβάντες τοῦ τείχους εἰσεχέοντο
ἐς τὴν πόλιν, καὶ εἰσπεσόντες ἐνόμιζον ἤδη κατειληφέναι τὴν
πόλιν. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει καὶ οἱ περὶ Χωνιάτην ὧδε παρα-
V. 174 σκευασάμενοι ἐπέμενον ὥστε εἰσελθεῖν τοὺς νεήλυδας. οἱ μὲν
γὰρ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἑστῶτες ξύνθημα ἔσχον, ἐπειδὰν ἡ σάλ-
πιγξ σημήνοι, ἰέναι ὁμόσε ἐπὶ τοὺς νεήλυδας· οἱ δὲ περὶ
P. 223 τὰς ἐπάλξεις καὶ τοῦ τείχους ὑποχωρήσαντες, ἐπηγγέλλετο γὰρ
σφίσιν οὕτω ὑπὸ τοῦ Χωνιάτου, ὥστε ἐν ἀδείᾳ τοὺς νεήλυ-
δας εἰσιέναι ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ ὁπόταν σημήνοι ὁ σαλπιγκτὴς
τῇ σάλπιγγι, καὶ αὐτοὺς ἰόντας δρόμῳ καταλαμβάνειν τὴν
ἑαυτοῦ χώραν ἕκαστος, καὶ ἀπειλημμένοις χρῆσθαι τοῖς νεή-
λυσιν ὅ τι ἂν βούλωνται. οἱ μέντοι νεήλυδες ἕωθεν ὡς προσ-
έβαλον, αὐτίκα ἐπεισπεσόντες, οὐδενὸς σφίσιν ἐμποδὼν ὄντος
(ὑπεξεκεχωρήκεσαν ἤδη οἱ Παίονες, ὡς τὸ σύνθημα) καὶ νο-
μίσαντες πεφευγέναι εἰσεχέοντο, ὡς ἐδηλοῦτό μοι, ἐς τὴν πό-
λιν, καὶ τραπόμενοι ἄλλος ἄλλῃ διήρπαζον τὴν πόλιν. ἐπεὶ
B δὲ τὸ σύνθημα ἐδίδοτο καὶ ἡ σάλπιγξ ἐσήμαινεν, οἱ μὲν περὶ
τὰ τείχη πρότερον ὄντες αὖθις ἔθεον ἐς τὰς ἐπάλξεις καὶ
ἀπελάμβανον εἴσω τοὺς νεήλυδας, οἱ δὲ περὶ Χωνιάτην ἵεντο
ὁμόσε ἐπὶ τοὺς νεήλυδας. οὗτοι μὲν οὖν ὡς κατεῖδον τοὺς
ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως Παίονας σφίσιν ἐπιόντας, ἀνεχώρουν ἐπὶ

6. δὲ om P

et cornua canere iubet, et peregrinos in murum ductabat. hi murum continuo scandendo superarunt; et qua cuique liberum erat, in urbem fundebantur. qui cum in urbem intrassent, se eam cepisse existimabant. at Choniates cum suis instructi et armati expectabant occulte, donec peregrini omnes in urbe intrassent. nam qui in arce consistebant, tesseram acceperunt ut ubi primum tuba sonum dedisset, peregrinos confestim adorirentur. praeterea qui antea per murum erant dispositi, iussu Choniatis a muro decesserunt. nam his id ideo praeceptum erat, ut peregrini maiore securitate in urbem penetrarent. iussi tamen sunt ut ubi primum tuba cecinisset, ad murum singuli, et ad ea loca quae defendenda susceperant, cursu se proriperent, ut peregrinis, quos ab reliquis intercepissent, pro arbitrio uti possent. verum peregrini ubi primum oppugnationem sunt auspicati, urbem nemine resistente et prohibente ingressi sunt. Pannones enim, quemadmodum moniti erant, retrocesserunt et se occultabant. peregrini autem cum crederent Pannones fuga esse dilapsos, raptim in urbem procursantes alius alio ad praedam convertebantur. cum autem, quemadmodum convenerat, tuba sonuisset, qui prius murum defensarant, celeri cursu se singuli ad sua loca contulere, et peregrinos incluserunt intra urbem. Choniates instructa acie contra peregrinos ibat. hi videntes Pannones ex arce prodeuntes adversum se pergere, ad murum retro ire instituunt. cedentibus peregrinis acri-

τὸ τεῖχος· ἀναχωροῦσι δὲ αὐτοῖς οἱ Παίονες καὶ ἐπέκειντο χαλεπῶς καὶ διέφθειρον πολύ τι πλῆθος αὐτῶν. οἱ δὲ ἄλλοι ὡς ἐς τὸ τεῖχος ὥρμηντο καὶ ἑώρων καὶ ἐνταῦθα τοὺς Παίονας ἐς τὰς ἐπάλξεις, ἐβιάζοντό τε τοὺς Παίονας καὶ ὑπερθέοντες ἦγοντο ἐς τὴν τάφρον. οὕτω μὲν οὖν τότε οἱ Παίονες ἐξεώσαντο τοὺς νεήλυδας καὶ ὑπερεβαίνοντο τοὺς βαρβά- C ρους· μετὰ δὲ ἔξοδον κοινὴν ποιησάμενοι οἱ περὶ Καπιστρᾶνον καὶ οἱ ἄλλοι Παίονες πρὸς τοὺς ἐν τοῖς τηλεβόλοις τοῦ βασιλέως, μαχεσάμενοι ἐτρέψαντο αὐτοὺς καὶ ἐπεκράτουν τῶν τηλεβόλων. βασιλεὺς δὲ ὡς ἑώρα ὑπὸ τῶν Παιόνων ἐχομένους τοὺς τηλεβόλους, δεινὸν ποιησάμενος συνέβαλε μὲν ταύτῃ καὶ ἐμάχετο ἰσχυρῶς, καὶ οὐδ' ὥς ἠδυνήθη ἐξώσασθαι ἀπὸ τῶν τηλεβόλων τοὺς Παίονας, ἀλλ' ἀπετράπετο. οἱ μὲν δὴ Παίονες ἐνταῦθα ἤδη ἐπηυλίζοντο, καὶ τούς τε τηλεβόλους τρεψάμενοι ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον ἐπαφίεσαν. ἐπεὶ δὲ μεσημβρία ἦν τῆς ἡμέρας, καὶ τοὺς γιγνομένους τρόπους καὶ D τὰ γιγνόμενα ἐπηγγέλλετο αὐτοῖς τοῖς καταντικρὺ Παίοσιν, ἐκομίζοντο ἤδη ἐνταῦθα ναῦται οὐκ ὀλίγοι αὐτῶν, εἰς τὴν πόλιν μὲν οὐκέτι ἀλλ' ἐς τὸ στρατόπεδον. καὶ ἐπεξῆλθον μέντοι καὶ οἱ τοῦ ἄστεως, καὶ ἑκατέρωθεν βάλλοντες μετὰ ἐπάρσεως ἐς τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον καὶ ἐμάχοντο, καὶ σκηνάς ἔστιν ἃς κατέβαλλον τοῦ στρατοπέδου συ-

5. ἤλλοντο?

ter institere Pannones, et plurimos leto dederunt. caeteri, qui ad murum properabant, cum viderent Pannones per murum in solitis stationibus armatos dispositos, vi eos aggrediebantur, et contra ipsos cursu lati ferebantur in fossam. in hunc modum eo tempore Pannones eiecere peregrinos et barbaros vincebant. postea coniunctis copiis Capistranus et Pannones egressi sunt ut praelium committerent cum eis qui regias bombardas curabant. inito itaque praelio bombardarios in fugam coniecere et bombardas obtinuere. rex cernens suas bombardas a Pannonibus captas, multum animo discruciabatur: proinde et ipse ibi consistens fortiter praelium capessere haud neglexit. cum autem Pannones non posset a bombardis submovere, tandem et ipse fugam arripit. Pannones eo loci continuo receptui canebant; et dirigentes bombardas in castra regis, ea graviter adflixere. cum iam meridies adesset, et fuga, reliqua quae evenerant, nuntiata essent Pannonibus qui e regione morabantur, advehuntur non pauci, nec tamen in urbem, verum in castra iter maturant. hi qui in urbe relicti erant, in castra egrediuntur, et undique regia castra summa vi oppugnant. tentoria in regis castris disiecerunt plurima. Azapides (quos Hussarones nostri vocant) diripuerunt forum.

χνάς, καὶ διήρπαζον οἱ ἀζάπιδες τὴν ἀγοράν. καὶ βασιλεὺς
μέντοι ἐβόα ὡς ὑπεξέλοιντο τὰς κόρας αὐτῶν, αὐτὸς δὲ σὺν
τοῖς περὶ αὐτὸν συνέβαλε μέν, καὶ ἐτρέψαντο τοὺς Παίονας.
καὶ αὐτός τε ἄνδρα Παίονα ἀνελὼν τιτρώσκεται ἐς τὸν μη-
P. 224 ρόν, οὐ μέντοι γε ἐτράπετο. μετὰ δέ, ὡς ἐς τοὺς τηλεβόλους
ἐπεξιὼν γένοιτο, αὖθις οἱ Παίονες συστραφέντες ἐπέκειντο
τοῖς βαρβάροις, καὶ ἐτράποντο τοὺς ἀμφὶ βασιλέως ἄχρι τοῦ
στρατοπέδου. καὶ τούτου ἐς τρὶς γενομένου δεινὸν ἐποιεῖτο
ὁ βασιλεύς, οὔτε νεηλύδων παρόντων αὐτῷ ἐς τὴν μάχην, καὶ
τῶν ἄλλων τοῦ στρατοπέδου ἐπὶ τὰς νομὰς καὶ τὰ ἐπιτήδεια
V. 175 ἀφικομένων. καλέσας δὲ ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ τὸν ἄρχοντα
τῶν νεηλύδων, Χασάνην τοὔνομα ἔχοντα, ἔλεγε τοιάδε "ὦ
κάκιστε ἀνθρώπων, ποῦ δὴ ἡμῖν οἴχονται οἱ νεήλυδες; πῶς
C δέ σοι παρεγένοντο ἐς τὴν μάχην; ἢ οὐκ οἶσθα οἵτοι ὄντα
οἵτοι ἄρχοντα ἐποιησάμην; ἀλλ' ἴθι ὡς εἰ μὴ ἀποθάνοιμι,
εἰσόμενος τὴν δίκην ἐπιθήσω, ἣν ἂν φαῖεν ἅπαντες δικαιοτά-
την γενέσθαι." Χασάνης δὲ ὑπολαβὼν ἔλεξεν "ὦ βασιλεῦ,
νεήλυδες εἰσὶ μὲν τετρωμένοι οἱ πολλοὶ αὐτῶν, οἱ δὲ ἄλλοι
οὐκ ἐθέλουσιν ὑπακούειν. ἐγὼ δὲ τοὐμὸν παρεχόμενός σοι,
ἀνθ' ὧν ἄχθῃ μοι, ὄψει με ἐν μέσῳ τῶν Παιόνων μαχόμε-
νον τελευτήσαντα ὑπὲρ τῶν σῶν πραγμάτων." ταῦτ' εἰπὼν
καὶ ἐμβαλὼν ἐς μέσους τοὺς Παίονας, ἀνήρ τε ἀγαθὸς γενό-

14. σοι οὐ παρεγένοντο?

rex clamabat ut oculos eorum eruerent. ipse quoque praelium cum suis occipiens Pannones in fugam vertebat. eo loci peremit virum Pannonium rex, verum vulneratur femur; nec tamen vulneratus in fugam effunditur. deinde cum ad bombardas recipiendas egrederetur, Pannones conversi barbaris acriter instabant, et eos simul cum rege usque ad castra persequuntur. et cum tertio hoc esset factum, rex graviter animo dolebat non adesse peregrinos et suppetias ferre in eo praelio, verum esse profectos ad colligendum pabulum et necessaria. vocans autem in isto tumultu Chasanem peregrinorum ducem, huiusmodi orationem habuit. "o pessime hominum, quo nobis peregrini abeunt? quo modo te duce ingressi sunt praelium? nescis ex humili fortuna quam ad magnam dignitatem te provexerim, ut sis videlicet dux? sed scito, nisi praelium me absumpserit, poenas mihi dabis, quas omnes iustissimas esse pronuntiarint." Chasanes respondens "o rex," inquit, "peregrinorum plurimi saucii sunt. reliqui qui integri sunt, dicto nolunt esse audientes. ego autem, ut opera mea utaris fideli et forti, quamvis mihi indigneris, in medios me conferam Pannones, ibique fortiter dimicans pro rebus tuis occumbam." his dictis in medios se confert hostes, et in conspectu regis

μενος ἐναντίον τοῦ βασιλέως, ὑπὸ Παιόνων ἀπέθανε. καί τινες τῶν θεραπόντων αὐτοῦ ἐτελεύτησαν ἐνταῦθα. ὡς ἐν C τῷ στρατοπέδῳ τρεψάμενοι τοὺς Τούρκους ἐπέκειντο οἱ Παίονες, πλέον ἔχοντες ἐν τῇ μάχῃ, παραγίνονται ἱπποδρόμοι τοῦ βασιλέως, εἰς ἑξακισχιλίους, οὓς πρότερον ἐπεπόμφει ἐπὶ φυλακὴν τῆς παριστρίου αὐτοῦ χώρας, φυλάξοντάς τε οἰχήσουσι σὺν ταῖς ναυσὶν οἱ Παίονες, καὶ διακωλύειν τε αὐτοὺς ὥστε μὴ ἀποβαίνειν. παραγενόμενοι δὲ οὗτοι ἐς τὸν θόρυβον τοῦτον καὶ ἐς τὴν μάχην ἐν μέσῳ τε ἐποιήσαντο τοὺς Παίονας, καὶ συχνοὺς αὐτῶν ἐνταῦθα διέφθειραν, μετὰ δὲ τρεψάμενοι ἐξεώσαντο τοὺς Παίονας ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἐς τοὺς τηλεβόλους. καὶ οὕτω ἐνταῦθα ἡ μάχη ἐτελεύτα πρὸς ἑσπέραν ἤδη. βασιλεὺς δὲ ὡς αὐτῷ τὰ πράγματα ἤδη πονήρως ἔχοντα, τούς τε νεήλυδας τετρωμένους καὶ ἐς φόβον καθισταμένους, D τὰ στρατεύματα αὐτῷ δρασμῷ τε ἐπεχείρει. νυκτὸς δὲ γενομένης παραγγείλας ἐς τὰ στρατόπεδα συσκευάζεσθαι καὶ προϊέναι, ᾗ ἂν αὐτὸς ἐξηγοῖτο, ἀπεχώρει ὑπὸ τὴν νύκτα, καὶ ἐξελαύνων ἐδεδίει μὴ οἱ Παίονες τῷ λοιπῷ στρατεύματι διαβάντες ἐπικέοιντο, καὶ σφίσι χαλεπὴ γένοιτο ἡ ἀπαλλαγὴ καὶ ἡ ἐπ' οἶκον αὐτῶν κομιδή. καὶ δοκεῖ ἄν μοι καὶ τοὺς Παίονας κατὰ νώτου γενέσθαι τῷ βασιλέως στρατῷ, εἰ μὴ ὁ Χω-

2. ἐν] δέ? an μέντοι. 6. φυλάξοντες P οἷ σχήσουσι?
21. νώτον P

a Pannonibus trucidatur. fuit autem vir optimus. etiam ministri quidam eius ibidem interfecti sunt. cum Pannones in castris fortiter inhaererent Turcis eosque fugam capere compellerent, ex improviso adveniunt sex milia equitum regis, quos miserat iam ante ad custodiendam regionem suam Istro adiacentem; praeterea ut obsisterent Pannonum navibus advenientibus ne in terram exire possent. equites hi advenientes, cum iam ferveret praelium, Pannones in medium agunt, et plurimos ibidem interimunt. deinde cum verterent Pannones in fugam, eos ex castris pepulerunt et ad bombardas se recipere coegerunt. et in hunc modum finis praeliandi, cum iam instaret vesper, factus est. rex cum cerneret res suas propemodum accisas esse, fuga una cum exercitu suo evadere enititur. nam peregrini plerique saucii et timidi erant. adveniente igitur nocte iubet ut impedimenta omnia colligant, seque ad profectionem praeparent, quo parati et instructi sequantur quocunque eos ducere instituerit. et tandem noctu fuga sibi consulens abibat, cum interim male metueret ne Pannones cum reliquo exercitu transgressi ipsum persequi statuerent, atque in hunc modum discessus et in patriam reditus sibi suisque difficilis redderetur. et sane Pannones persequendi fugientem hostem admodum cupidi erant; et id fecissent, ni Choniates eos a per-

νιάτης ἀποτρεπόμενος οὐκ εἶα ἐπιδιώκειν, ἐπιστάμενος τοὺς
P. 225 Τούρκους, ἐπειδὰν σφίσι κίνδυνος ἐπιστῇ, τότε πολλῷ τῷ
μέσῳ σφῶν αὐτῶν γίνεσθαι ἀμείνους ἀεὶ καὶ ἀνεχομένους
γίνεσθαι. δοκεῖ δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ, ὃς ἐπεγένετο τοῖς
Παίοσιν ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ ἐπίεζεν αὐτοὺς πάνυ, ὥστε
μὴ διαπνεῦσαι ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον. Ἰωάννης δὲ αὐτός
τε ἐτρώθη ἐνταῦθα, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπέθανε. δοκεῖ
δέ μοι καὶ τοῦτο μάλιστα αἴτιον γενέσθαι τοῖς Παίοσι τοῦ
μὴ ἐπιδιῶξαι τὸν βασιλέως στρατόν.

Ἰωάννης μὲν ἀπελαύνοντος βασιλέως ἐπιβιοὺς οὐ πολύν
1456 τινα χρόνον μετὰ ταῦτα ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ γενόμενος ἄριστος
d. 11 Aug. ἐς τὰ πάντα, καὶ ἀπὸ μικροῦ τινὸς ἐς μέγα δυνάμεως, με-
γάλα τε ἀποδειξάμενος ἔργα πρός τε τοὺς Γερμανοὺς καὶ
B Βοέμους, ἐπὶ τὰ Παιόνων πράγματα ἀφικόμενος μέγα εὐδο-
κιμῶν διεγένετο. πρὸς δὲ καὶ ἐς τοὺς Τούρκους οὐκ ὀλίγα
ἀποδειξάμενος ἔργα, εἰ μὴ διὰ τὸ πλῆθός τε καὶ ἀρετὴν αὐ-
τῶν οὐκ ἐδόκει ἄν ποτε περιγενέσθαι τῆς βασιλέως δυνάμεως·
καὶ αὐτός τε ἔσω ἅμα ἐχειρώσατο τὰ τῶν Παιόνων στρατεύ-
ματα. ἀχθομένων δὲ αὐτῷ τῶν λοιπῶν τῆς Παιονίας δυνα-
τῶν, καὶ οὐκ ἀξιούντων ὑπ' αὐτοῦ ἄρχεσθαι, ὅμως ἐπεκράτει
τε τῶν πραγμάτων, ξυνομολογούντων ἤδη κἀκείνων, καὶ οὐκ
V. 176 ἐχόντων ὅπως μὴ συγχωρῶσιν ἀνδρὶ εὐδοκιμοῦντι τε ἁπαν-
ταχῇ, καὶ τήν τε ἀρχὴν ἐπὶ τὸ κράτιστόν τε καὶ ἀσφαλέστε-

1. ὑποτρεπόμενος P

secutione inhibuisset, sciens Turcos, quando discrimen anceps impenderit, duplo quam sint alias fieri fortiores et omnia perpeti. huc accedebat et pestis, quae saevissima Pannonum invaserat castra, ut nequiverint longo tempore post vix ab illo contagio respirare. Ioannes quidem eo in praelio vulnus accepit, ex quo haud multo post mortuus est. haec quidem mihi praecipua causa extitisse videtur, quod Pannones a persecutione hostium abstinuerint.

Alexio. invenit autem isthic virum Ianuensem, cui navicula satis magna erat, quae arma omnis generis ferebat. hunc primum belli ducem constituit. apparata igitur navi, quemadmodum necessitas monere videbatur, profecti sunt Trapezuntem, bellumque ipse patri suo intulit. egressos in terram templum S. Phocae excepit, et in eius sacello tentoria fixerunt, cum iam ante occulte sibi parassent auxiliatores Cabazitanes, qui regem prodiderunt. hi enim agentes custodiam regis in Achante suburbio, quo ipse tentoria sua contulerat, cum curribus et belli machinis oppositi erant Ioanni, qui concedentes hosti tutum ad Alexium iter, effecere ut Ioannis principes eum circa noctis medium, nihil tale suspicantem, vi interficerent. caeterum Ioannes suis mandarat ne patrem necarent, verum operam darent ut captum ad se adducerent vivum. hi regis mandata parum curantes existimabant se rem multo gratiorem ipsi facturos, si patrem interimerent: proinde eum peremerunt. verum deinceps Ioannes quosdam ex illorum numero oculis privavit, quorundam etiam manus praecidit, ut testaretur se nolle patrem esse interfectum, verum magis affectasse ut vivus in suam potestatem venisset. Ioannes cum in hunc modum paternum adeptus esset regnum, patri magnifice iusta

πατέρα αὐτοῦ ταῖς προσηκούσαις τιμαῖς, τῇ ταφῇ, ὃν καὶ κατέθετο ἐν τῇ τῆς Θεοσκεπάστου μονῇ, εἰ καὶ ὕστερον ἔφερε τοῦτον ἐν τῇ μητροπόλει.

Μετὰ δέ τινας χρόνους ἐστράτευσε καί τις ζύχης ὀνό-
p. 247 ματι Ἀρταβίλης κατὰ Τραπεζοῦντος, συνάξας ἁπανταχοῦ ἀπό
τε ἀνατολῆς καὶ μεσημβρίας στρατόν, ἀπό τε Σαμίου καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν πόλεων, καὶ ἦλθε κατ' αὐτῆς βουλόμενος ἑλεῖν καὶ πορθῆσαι ταύτην. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰωάννης συνάξας καὶ αὐτὸς στρατὸν διά τε ξηρᾶς καὶ διὰ θαλάσσης ἅμα τῷ πανσεβάστῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ ἦλθεν ἕως τοῦ ἁγίου Φωκᾶ τῇ μονῇ τῇ λεγομένῃ Κορδύλῃ. συνάξας τοίνυν ὁ πανσέβαστος τούς τε ἰδίους καὶ τοῦ βασιλέως, διήρχετο ἅμα τῇ τοῦ στρατοῦ βουλόμενος θαλάσσῃ εἰσβαλεῖν κατὰ τοῦ ζύχη, ὅποι ἂν εὕρηται τοῦτον· ὁ γὰρ ζύχης Ἀρταβίλης κατέσχε τὴν τοῦ Με-
B λιάρη λεγομένην τοποθεσίαν, προλαβόμενος τὴν κλεισούραν
ταύτην τοῦ Μελιάρη, τὸ Καπάνιον λεγόμενον. ἐλθόντες τοίνυν οἱ τοῦ πανσεβάστου καὶ αὐτὸς εὗρον τὸν ζύχην προκατέχοντα τὴν κλεισούραν τοῦ Καπανίου. οἳ καὶ ὁρμήσαντες κατὰ τοῦ ζύχη ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ ἅμα, ἐπειδὴ καὶ οὗτος ὁ ναυτικὸς στόλος ἦν παρεσκευασμένος μετὰ τοῦ πανσεβάστου δώσειν τῷ ζύχῃ, οὐκ ἔσχον καιρὸν ἔγκαιρον, ἀλλ' ἀνέμου βιαίου πνεύσαντος ἐν τῇ θαλάσσῃ οὐκ ἐξῆλθον ἔξω οἱ ναυτικοὶ εἰς βοήθειαν τοῦ στρατοῦ, ἀλλ' ἄλλοθέν πο-

23. ἀμόθεν ?

fecit, sepeliens eum in venerabili templo; quamvis eum postea in metropolim transtulerit.

Nec multo tempore interposito, zyches nomine Artabiles bellum contra Trapezuntem movit, conscribens undique exercitus ab oriente, ab meridie et a Samo, necnon ab aliis quibusdam oppidis. his copiis instructus accessit Trapezuntem, volens eam urbem capere et destruere. etiam rex Ioannes comparato exercitu terra marique venit usque at S. Phocae templum, quod Cordyla nuncupatur, una cum imperatore Graeco et suis. congregans igitur imperator Graecos suos et regis milites, pergebat simul cum exercitu suo per mare, copiam praelii facturus, ubicunque zychem indeptus foret. nam zyches Artabiles insederat locum qui Meliare dicitur, praeoccupatis Meliaris faucibus quae Capanium nominantur. venientes itaque imperatoris Graeci milites et ipse invenerunt zychem praeoccupasse angustias sive fauces Capanii. properanter igitur contra illum profecti sperabant navalis praelii hostem copiam facturum, siquidem classis ibi parata erat, ut impetum daret in zychis exercitum. verum tempus haud satis praelio opportunum pugnam in-

θεν σκληρίας γενομένης ἔσχον κώλυμα τοῦ ἐξελθεῖν τὸν ναυτικὸν στρατὸν τὰ πλοῖα γενόμενα. καὶ τότε δὴ ὁρμήσαντες C οἱ τοῦ Ζύχη κατὰ τοῦ πανσεβάστου καὶ τοῦ στρατοῦ διέφθειράν τε αὐτὸν πανσέβαστον καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καὶ ἑτέρους ὡσεὶ τριάκοντα. καὶ οἱ ἕτεροι πεφευγότες ἦλθον πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωάννην, ὃς φυγὰς καὶ αὐτὸς γενόμενος μετὰ πλοίου ἦλθεν ἐν Τραπεζοῦντι σύναμα καὶ τοῖς ἑτέροις, οἱ μὲν διὰ ξηρᾶς οἱ δὲ διὰ θαλάσσης πεφευγότες, κατασκηνώσαντος τοῦ Ζύχη ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Φωκᾶ, εἰς ἣν ἦν κατεσκηνωμένος ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης. ἐζώγρησε δὲ καὶ πολλοὺς ὁ Ζύχης, οὕστινας φονεύσας ἐξ αὐτῶν, ἔχων καὶ τὸν Μαυροκόσταν λεγόμενον ζῶντα, D κελιώτην ὄντα καὶ ἐξοδιαστὴν τοῦ βασιλέως, ὃν καὶ ἀπέκτεινεν ὁ Ζύχης ἔμπροσθεν τῆς πόλεως. εἶτα ποιήσας ἐκεῖσε ἡμέρας τρεῖς ἀπῆλθεν ὡς πολεμήσων ἐν τῷ Μεσοχαλδίῳ, ὡς τοῦ πανσεβάστου τοῦτο ἔχοντος. συνέβη δέ τι καὶ τοιοῦτον ἐν Τραπεζοῦντι ἀκμὴν ὄντος τοῦ Ζύχη, ἐν τῇ μονῇ τοῦ Κορδύλη. ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦλθεν ὁ Ζύχης· ἐν αὐτῇ γυνή τις τῶν Ἀρμενίων φοβηθεῖσα μήποτε ὁ Ζύχης ἐπιλάβηται τὸ ἐξώκαστρον, μετῆρε τὸν βίον αὐτῆς ἐς τὸ μέγα κάστρον τῆς Τραπεζοῦντος ὡς φυλάξουσα ἐκεῖσε. τοίνυν ὁπόταν ἐλάμβανε τὸν βίον αὐτῆς καὶ ἐκόμιζε τοῦτον ἐν τῷ κάστρῳ νυκτὸς οὔσης,

20. φυλάξασα P

hibuit. nam cum venti procella pertinacius mari incumberet, navales copiae non egressae sunt, ut subsidium ferrent classi. verum cum hic et alibi hinc inde ancoris firmatae haererent, impeditae sunt naves quo minus cum navalibus copiis pergerent in hostem, ad quem usum comparatae erant. Zychis milites hanc occasionem non omittentes irruerunt in imperatorem et eius exercitum confeceruntque et ipsum et filium eius et alios quoque circiter triginta. caeteri in fugam effusi venerunt ad regem Ioannem, qui et ipse navi fugit et una cum aliis Trapezuntem pervenit; quorum alii mari, alii vero terra fugientes exitium evasere. Zyches castra sua locavit in monasterio Phocae, ubi castra sua antea Ioannes habuerat. plurimos quoque cepit vivos, quorum de numero aliquos occidit. nactus est virum eum cui nomen erat Maurocastas, qui equorum regiorum curator seu domitor et veredarius regis erat. hunc in urbis conspectu leto dedit Zyches. postea, cum triduum ibi mansisset, abiit quasi dimicaturus in Mesochaldio, ceu id teneret Graecus imperator. accidit autem Zychi hoc ea nocte qua primum in monasterium Cordyla venerat. mulier quaedam Armena, timens ne forte Zyches exterius castrum caperet, cum lanificio suo, ex quo se alebat, profecta est in magnum castrum Trapezuntis quasi ibi tutius actura. haec accipiens ea quibus quotidianum victum suum tolerabat, noctu portavit in castrum

P. 248 λεληθότως ἀνήψατο πῦρ ἐν τοῖς κροκίοις αὐτῆς. αὕτη δ' ἦν ἐν τῷ μεγάλῳ κάστρῳ, μὴ εἰδυῖα τὸ σύμπτωμα. ἀνῆψέ τε μέγα ἐν τῷ ταύτης οἰκήματι, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ τὰ σύνεγγυς πάντα, ἐν ὥρᾳ μεσονυκτίου. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει νομίσαντες εἶναι προδοσίαν ἀπὸ τῶν ἐντὸς τὰ πρὸς χάριν τοῦ Ζύχη, V. 192 ἔφευγον ἀπαξάπαντες, ἄρχοντές τε ὁμοῦ καὶ ἀρχόμενοι, ἐγκαταλειφθέντος μόνου τοῦ βασιλέως Ἰωάννου μετὰ καί τινων μερικῶν, ὡσεὶ πεντήκοντα. διήρχετο γοῦν ὁ βασιλεὺς διὰ πάσης τῆς νυκτὸς τὰ τείχη τῆς πόλεως καὶ τὰς πύλας αὐτῆς. ἦλθε τοίνυν ἐν τῷ πρωῒ καὶ ὁ Ζύχης, ὡς εἴρηται, εἰς τὸ τάχα ἐπιλήψεσθαι τὴν Τραπεζοῦντα· ὃς καὶ ἀπῆλθεν ἄπρακ- B τος, διερχόμενος ἐν τοῖς Μεσοχαλδίοις. ἔφυγον γοῦν ἀπαξάπαντες ἄρχοντες, οἱ μὲν διὰ πλοίων οἱ δὲ διὰ ξηρᾶς, ἐπ' ἐλεύσει τῆς Ἰβηρίας· οἳ καὶ ἐλθόντες ὕστερον, διαβάντος τοῦ Ζύχη, ἐν Τραπεζοῦντι ὠνειδίζοντο παρὰ τοῦ βασιλέως, γυναικοτοὺς ἀποκαλῶν αὐτοὺς καὶ ἀνάνδρους καὶ προδότας τῆς πατρίδος αὐτῶν.

Καὶ ταῦτα μὲν γέγονεν ἐν Τραπεζοῦντι· ὁ δὲ τῆς Ἀμασίας ὕπαρχος, Χιτήρης ὀνόματι, στρατευσάμενος καὶ ἄφνω ἐπεισπεσὼν ἐν Τραπεζοῦντι, τούς τε ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ C ἐν χώραις, τοὺς ἐν τῇ πόλει οὐκ ὀλίγους συνέλαβεν, ἐς δισχιλίους τοὺς πάντας γενομένους. καὶ ἐρήμου ἤδη οὔσης τῆς

magnum. et forte, quia nox erat, incendit fila et lanificium suum. ipsa vero manebat in magno castro, ignara quidnam accidisset. factum igitur est incendium magnum in eius domo; et non ea domo se tenuit incendium, sed in vicina omnia evagatum est. noctis autem erat medium, cum incendium illud saeviret. qui erant in urbe, putabant proditionem esse, quam subornassent illi qui gratificandum censebant Zychi. proinde omnes magistratus, necnon subditi, continuo fugam ingressi sunt, relicto Ioanne solo, cum quibusdam circiter quinquaginta. rex igitur tota ea nocte obibat diligenter vigilias et considerabat portas. mane venit Zyches ut urbem illico in suam dicionem redigeret. verum re infecta abiit, pergens in Mesochaldium. fuga igitur sibi consuluerunt omnes magistratus urbis, quidam mari, quidam vero terra, ut venirent in Iberiam ad Caspios montes sitam. qui cum reverterentur tandem Trapezuntem, abeunte Zyche, opprobriis replebantur ab rege, qui eos identidem vocabat muliebres, molles, imbelles et patriae suae proditores.

Haec quidem facta sunt Trapezunte. at Amasiae praefectus, Chiteres nomine, expeditionem ingressus subito Trapezuntem oppressit; et eos qui in foro et urbis vicis erant, circiter bis mille comprehendit. cum autem urbs iam esset propemodum deserta, cuius causa erat saevis-

πόλεως τῇ τοῦ λοιμοῦ βίᾳ καὶ προσδοκίμου ἁλώσεσθαι, διαπραξάμενος χρήμασιν ὁ τῆς πόλεως βασιλεὺς Ἰωάννης ὥστε ὑπόφορον ἔχειν τὴν πόλιν Μεχμέτῃ τῷ βασιλεῖ τοῦ λοιποῦ, τούς τε αἰχμαλώτους, οὓς ἔλαβε Χιτιρμπέης, ἀποδοθῆναί οἱ, καὶ αὐτὸν ἡσυχίαν ἄγειν ἀπάγοντα τῷ βασιλεῖ φόρον, δισχιλίους χρυσίνους. ὕστερον μέντοι καὶ ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ἀπέστειλε τὸν αὐτὸν ἀδελφὸν Δαβὶδ δεσπότην ὡς τὸν βασιλέα, καὶ ἠξίου τε τοῦτον ἐμπεδοῦν τὰς σπονδάς, ὃ καὶ γέγονεν, ἐπὶ φόρον χρυσίνους τρισχιλίους.

Ἡ δὲ Ἰβηρία προσεχής ἐστι τῇ τῆς Κολχίδος χώρᾳ, καὶ οἱ βασιλεῖς τούτων οὐκ ἀγενεῖς. διήκει δὲ ἡ χώρα ἀπὸ τοῦ Βαθὺ λεγομένου καὶ ἀπὸ Φάσιδος ποταμοῦ ἕως Χαλτζιχί, ἡ τοῦ Γοργούρου αὐθεντεία καὶ Κορίου καὶ Καχετίου καὶ D Τυφλεσίου, σύνεγγυς οὖσαι αἱ πόλεις αὗται τοῦ Σαμαχίου, Τούρκων οἰκούντων ἐν αὐτῷ καὶ ἐχόντων χωρὶς κάτωθεν τοῦ Καχετίου πόλεως τοῦ ἐν παραθαλασσίᾳ καὶ τῆς Σεβαστοπόλεως Μιγκελίων τοῦ Δαδιάννου αὐθεντείᾳ καὶ Μαμία καὶ Σαμανταύλα καὶ Γουρίας καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραθαλασσίων πόλεων. ἀπὸ γὰρ τῶν πόλεων τῆς ἄνωθεν Ἰβηρίας εἰσὶ καὶ οἱ Ἀλανοὶ ὅμοροι καὶ Οὖνοι καὶ Ἐμβοί. οἱ δὲ Ἀλανοὶ δοκοῦσιν εἶναι ὑπὸ τὸν Καύκασον παρατείνοντες. οὗτοι καὶ ἐς τὰ μάλιστα ἄνδρες νομιζόμενοι τὰ πολέμια κράτιστοι, ποιοῦν- P. 249

6. ad τρισχιλίους R in margine: ἕως ᾧδε ἑτέρου δοκεῖ καὶ οὐ Λαονίκου.

sima pestilentia, iamque expectarent, si modo hostis accederet, se captum iri, rex urbis Ioannes opibus effecit ut rex Mechmetes urbem eam tributariam acciperet et captivos, quos Chiterempes abduxerat, redderet. Ioannes vero promittebat se deinceps nullum initurum bellum, verum bona fide quotannis duo milia aureorum tributi nomine pensurum. Ioannes rex fratrem suum Davidem despotam ad regem misit, ut foedus praedictis condicionibus pangerent. quod et factum est, verum ut Ioannes annuatim tributi nomine solveret tria milia aureorum.

Iberia finitima est Colchidis regioni, eiusque reges haud sunt instrenui et ingenerosi. porrigitur autem ab eo loco qui Bathy dicitur et ab Phaside fluvio usque Chaltzichi, quae pertinet ad dicionem Gurguri Corii Cachetii et Typhlisii. urbes hae propinquae sunt Samachio, quam urbem tenent et incolunt Turci. sub quorum potestate degunt separatim infra Cacherum urbem in regione maritima, Sebastopolis Minceliorum et Dadianni metropolis, Mamia, Samantaula, Gulii et aliae urbes maritimae. nam urbibus superioris Iberiae contermini sunt Alani Hunni et Embi. verum Alani ad Caucasum us-

τες λωρίκια ἐξαίρετα. πολιτεύονται δὲ οὗτοι ἐς τὴν τοῦ κυ-
ρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θρησκείαν, διαχρῶνται δὲ φωνῇ
ἰδίᾳ τὸ παράπαν, καὶ ὅπλα ἐπιτηδεύουσιν ἀπὸ χαλκοῦ, τὰ
Ἀλανικὰ καλούμενα. Ἴβηρες δὲ καὶ αὐτοὶ ὅθεν μὲν ἐπὶ τὴν
χώραν τήνδε ἀφίκοντο, εἴτε ἀπὸ Ἰβήρων τῶν πρὸς ἑσπέραν,
οὐκ ἔχω διασημῆναι· δοκοῦσι δὲ αὐτοὶ ἐπὶ μέγα χωρῆσαι
δυνάμεως, καὶ ὄλβον κτασάμενοι, καὶ πίστιν ἐκ Κωνσταντίνου
πόλεως παρὰ μιᾶς γυναικὸς ἐκεῖσε διαφοιτώσης πίστεως εὐ-
σεβοῦς ἕνεκα τῆς εὐσεβεστάτης· ἥτις καὶ θαυματουργίαις
τοὺς Ἴβηρας μετηλλάξατο τῆς ἀσεβοῦς αὐτῶν πίστεως, καὶ
B Χριστιανοὺς ἀπεφήνατο τῇ ὁμολογίᾳ αὐτῶν. μετὰ δὲ χρό-
νους πολλοὺς οἱ Σκύθαι οἱ ὅμοροι αὐτῶν πόλεμον ἤραντο
κατ' αὐτῶν, καὶ τὰς χώρας τῶν Ἰβήρων διερχόμενοι ἐδῄουν
καὶ παντελῶς ἠφάνιζον, καὶ ἀνδραποδισάμενοι κατέσχον αὐ-
τούς, καταφυγόντων τῶν βασιλέων ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρέων.
ὕστερον δ' οἰχομένων τῶν Σκυθῶν ἐπὶ τὰς σφετέρας διατρι-
V. 194 βὰς ἐπικαταβῆναί τε ἐς τὴν χώραν, καὶ δασμὸν φέροντας τῷ
βασιλεῖ Σκυθῶν γενέσθαι ἐν αὐτῇ βασιλεύοντας. μετὰ δὲ
ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον πρός τε τοὺς Ἀλάνους μαχεσάμε-
νοι, Οὔνους καὶ Σάσους . . .'. τοσόνδε ἐπιστάμενος ἐπιμνή-
σομαι περὶ αὐτῶν.

9. θαυματουργίας P

que se extendunt, qui prae reliquis habentur viri fortissimi et bellicarum rerum peritissimi. hi conficiunt loricas optimas. sequuntur religionem domini nostri Iesu Christi. lingua utuntur peculiari. arma habent quae ex aere parant, et Alanica nominantur. quin et ipsi Iberi sunt. unde autem in istam regionem profecti venerint, ab Iberis occidentalibus an aliunde, coniectando assequi non possum. magnam brevi sibi pararunt potentiam; etiam opes plurimas nacti sunt. fidem vero Christianam ex Constantinopoli hauserunt. nam mulier quae eo proficisci consuerat ut veram fidem et sacrosanctam addisceret, etiam Iberos, abnegata sua superstitione, ad sanctissimam et miraculorum effectricem fidem adduxit, eosque Christianos declaravit, cum se Christianos esse confiterentur. temporibus multis post Scythae finitimi his bellum intulere, et ingressi regionem Iberiae eam planissime corrumpebant et evastabant. viros qui praesto erant, captos in mancipiorum numerum rettulerunt. Iberorum vero reges confugerant in montes, ut in iis servarentur. postea cum Scythae ex regione excessissent, reversi ad sua, etiam Iberi ex montibus ad sua descenderunt, et regi deinceps Scytharum quotannis tributum ferentes in regno suo manserunt. brevi autem tempore interiecto, postquam pugnavit Scytharum rex contra Alanos, etiam Hunnos et Sasos bello petiit; de quibus quatenus comperi, eatenus memorabo.

Ὡς μὲν οὖν ἀφικομένου Ἀσάνεω παρὰ βασιλέως ἐπυν- C θάνετο τὰ κατὰ τὴν Πελοπόννησον, ἐπυνθάνετο δὲ καὶ παρ' Ἀχμάτεω τοῦ τῆς Πελοποννήσου ὑπάρχου, ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντος, Δημήτριον τὸν ἡγεμόνα ἀφεστηκέτα τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ κατὰ χώραν μένειν, πολεμούμενον καὶ αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, ἐδωρήσατο μὲν αὐτίκα αὐτὸν ταῖς ἐν τῷ Αἰγαίῳ νήσοις, Λήμνῳ τε καὶ Ἴμβρῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σαμοθράκῃ. ταύτας μέντοι πρότερον, μετὰ τὴν Βυζαντίου αἵρεσιν, παρείχετο τῆς Λέσβου τὰ ἡγεμονικά, Λῆμνον καὶ Αἶνον, τῷ Παλαμήδῃ δὲ τυράννῳ Ἴμβρον. ὡς δὲ εἷλέ τε τὴν Αἶνον, ἀποθανόντος τοῦ Παλαμήδου καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Ντορίου τὴν πόλιν παραλαβόντος, ἐπελάσας ὁ βασιλεὺς εἷλέ τε τὴν Αἶνον, προσχωρησάντων αὐτῷ τῶν ἐν τῇ πόλει αὐτίκα. ἔπεμπέ τε D Ἰονούζην τὸν τῆς Καλλιουπόλεως ὕπαρχον, παραληψόμενος τὰς νήσους. ἡ μὲν Ἴμβρος αὐτίκα προσεχώρησε καὶ ἡ Λῆμνος, καὶ φρουρὰ βασιλέως ἀφίκετο ἐς τὰς νήσους. μετὰ δὲ πυθόμενοι οἱ Τοῦρκοι τὸν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας στόλον ἅμα τῷ καρδινάλει ἀφικόμενον, προσδόκιμον δὲ καὶ ἄλλον ἀφίξεσθαι ἀπὸ Ἰταλίας, ἡ μὲν φρουρὰ ἀνεχώρησε, Τοῦρκοι δὲ ἐπετράπευον τὰς νήσους. Λῆμνος μέν, ὡς ἐπέπλευσε σφίσιν ὁ στόλος, προσεχώρησε, καὶ ἡ Ἴμβρος ἐποίει παραπλησίως, καὶ ἡ Θάσος ἔτι καὶ Σαμοθράκη. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον οἰχομένου τοῦ στόλου ἐς Ῥόδον, Ἰσμαήλης ὕπαρχος καταστὰς ὑπὸ βα- P. 250

1. ὡς μὲν οὖν] cf. Hammer 2 p. 22. b.

Asanes ubi ad regem accessit, quid in Peloponneso evenisset, enarravit. percunctabatur quoque de Achmata Peloponnesi principe, quia eius frater decreverat manere in ea regione, quamvis hostilibus armis a fratre peteretur. continuo eum donavit insulis in Aegaeo mari sitis, Lemno Imbro Thaso et Samothrace. has quidem donavit ante captum Byzantium. capto autem Byzantio Lesbi principatum, Lemnum et Aenum, defuncto Palamede, filius eius Dorius urbem occupavit. rex autem accedens hostili animo Aenum continuo in deditionem accepit, dedentibus se illico iis qui in urbe erant. missus est et Ionuzes Callipolis praefectus, ut insulas reciperet. Imbrus et Lemnus continuo deditionem fecerunt qua facta, continuo regis praesidia insulis imponebantur. postea cum audirent Turci classem, cuius dux foret cardinalis, ab Italia advenire, et etiam alia ab Italia expectaretur classis, praesidia ex insulis decedebant. Turci vero eas tutabantur. Lemnus, quamprimum classis ad eam appulisset, in dicionem venit. similiter Imbrus Thasus et Samothrace in dicionem acceptae sunt. nec multo post, cum ea classis attigisset Rhodum, Ismael praefectus regius adnavigans Imbrum et Lemnum recuperavit.

σιλέως ἄρτι, ἐπιπλεύσας τήν τε Ἴμβρον καὶ Λῆμνον παρεστήσατο, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ἄνδρας τῶν Ἰταλῶν συλλαβὼν ἀπέπεμψεν ὡς βασιλέα. οὗτοι μὲν οὖν ὡς ἀπήχθησαν, διεχρήσατο πάντας βασιλεύς, διατρίβων ἐν Φιλιππουπόλει· ὑπεξεχώρει γὰρ ἐκ τῶν βασιλείων διὰ τὸν λοιμὸν τότε ἐπιγινόμενον μέγαν. Θάσος δὲ καὶ Σαμοθράκη οὐ προσεχώρησαν, ἀγνωμοσύνῃ χρησάμεναι. καὶ ὡς οὐ πολλῷ ὕστερον Ζάγανος ἀπήλλαξέ τε Ἰσμαήλην καὶ κατέστη ἐς τὴν Καλλιούπολιν
B ἀρχήν, ἐπιπλεύσας Σαμοθράκην τε καὶ Θάσον ἐξελὼν ἠνδραποδίσατο. καὶ τούτους μὲν κατῴκισε βασιλεὺς ἐς τὸ Βυζάντιον· τὰς δὲ νήσους, καὶ ὅσοι ἐς τὰ ἄκρα τῶν ὀρέων διέφυγον μὴ ἀνδραποδισθῶσι . . . . .

Ἀσάνης δὲ λαβὼν τὸν στρατὸν ὡς ἐσέβαλλεν ἐς τὴν Πελοπόννησον, καὶ Θωμᾶν περὶ Λεοντάριον ἐτρέψατό τε ὁ στρατός, καὶ συνελάσας ἐπολιόρκησε μὲν ἐπὶ βραχύ, πιεζόμενος δὲ ἀνεχώρει, αὖθις ἀνῄει παρὰ βασιλέα, ἐπικουρίας δεόμενος. ξυνηνέχθη δὲ καὶ μετὰ Ὀμάρεω τοῦ Θετταλίας ὑπάρχου, στασιάσαντος διὰ διαφοράν, ἀφικόμενον ἀναβῆναί τε παρὰ βασιλέα, καὶ οὐ πολλὰς ὕστερον ἡμέρας Ὀμάρη βασιλέα ἀφελόμενον τὴν ἀρχὴν ἐπιτρέψαι Ζαγάνῳ τῷ τότε Καλ-
C λιουπόλεως ὑπάρχῳ. Ζαγάνῳ δὲ τούτῳ, ἀνδρὶ εὐδοκιμήσαντι ἔν τε ἄλλοις καὶ Μορεζίνην, τὸν ἐς τὴν καθ' ἡμᾶς θάλασσαν

9. ἄρχων?

viros Italos qui in hac erant, captos ad regem transmisit; quos omnes, cum in conspectum regis adducti essent, interfecit. ea tempestate rex Philippopoli versabatur. nam regni sedem reliquerat propter pestem, quae in ea crudeliter grassabatur. Thasus autem et Samothrace se non dedidere imprudenter. nam cum haud multo post Zaganus abegisset Ismaelem, et declaratus esset praefectus Callipolis, navibus adveniens Samothracen et Thassum in dicionem redegit, easque penitus diripuit. incolas eorum Byzantium, ut ibi habitarent, traduxit. insulas vero, et quotquot confugerant in montes, ne captivi abducerentur.

Asanes cum copiis ingressus est Peloponnesum, et Thomam iuxta Leontarium in fugam egit. ipse vero fugientem insecutus parumper obsedit. cum autem premeretur ab adversariis, discessit et ad regem reversus est, petiturus auxilium. fuit huic acris contentio cum Omare Thessaliae praefecto. cum autem studiis inter se graviter dissentirent, ipse ea dissensione motus ad regem profectus est. nec multo post rex Omarem se principatu abdicare coegit. eum autem principatum commisit Zagano, qui eo tempore Callipolis erat praefectus. Zaganus iste brevi ad maximam claritatem evasit, inter caetera quod

τὰ πρῶτα τῶν λῃστῶν φερόμενον, ἑλόντι αὐτόν τε καὶ τὴν τριήρη, ἐγένετο αὐτῷ οὐχ ἥκιστά τε ἐν τούτῳ [ἐν τῷδε] εὐδοκιμῆσαι. οὗτος μὲν οὖν ὡς παρέλαβε τὴν Θετταλίαν καὶ Πελοπόννησον ὑπὸ βασιλέως, εἰσέβαλεν ἐς τὴν Ἀχαΐαν, καὶ ἀπανίστατο τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα ἐπιόντος τοῦ Ζαγάνου, ὡς ἐπολιόρκει τὴν ἀκρόπολιν. καὶ Ἰταλῶν οὓς μετεπέμψατο Θωμᾶς, παρῆσαν αὐτοῦ τιμωροῦντες τοῖς Ἕλλησιν, ἀπὸ Μεδιολάνου παραγενόμενοι ἐς συμμαχίαν τοῖς Ἕλλησιν. οἱ μὲν V.195
οὖν Ἕλληνες παρασκευάσαντες τηλέβολον ἔπαιον τὴν ἀκρόπο- D
λιν, οὐδὲν μέντοι διεπράττοντο, οὔτε τηλεβολιστοῦ παρόντος σφίσιν ἀγαθοῦ οὔτε παρασκευῆς ἐς τὴν πολιορκίαν. οἱ μὲν οὖν Ἀχαιοὶ ἄραντες ἀπὸ τῆς πόλεως ἐς Ναύπακτον ἐνταῦθα διέτριβον, Θωμᾶς δ' ὁ ἡγεμὼν ἐπιὼν τὴν Λακωνικὴν κατεστρέφετο καὶ Καλαμάτην πόλιν τὴν ἐν Μεσήνῃ. Μαντίνειαν ἐπολιόρκει, καὶ οὐδὲν αὐτῷ προεχώρει ἐς τὴν τῆς πόλεως αἵρεσιν. πρεσβείαν δὲ πέμπων ὡς βασιλέα ἐπειρᾶτο τῆς βασιλέως γνώμης, εἰ εἰρήνην αὐτῷ ποιήσαιτο. ἔνθα δὴ βασιλεύς, ὡς ἀγγελία ἀφικνεῖτο αὐτῷ ἀπὸ τῆς Ἀσίας περὶ Χασάνεω τοῦ μακροῦ, ὥρμητο μὲν ἐς σπονδὰς τῷ ἡγεμόνι τούτῳ, ὥστε P.251
ἐπὶ Χασάνη στρατεύεσθαι καὶ ἐπὶ Ἰσμαήλην τὸν Σινώπης ἡγεμόνα, ἐπιτηδείως ἔχοντα πρὸς Χασάνη τὸν μακρόν, ἐπηγγέλλετο δὲ σπονδὰς ἐφ' ᾧ ἀπάγειν τὸν στρατὸν ἀπὸ τῶν βασιλέως ἀκροπόλεων, καὶ ἀποδοῦναί οἱ ὅσα ἀφείλετο τῶν πο-

etiam Morezuiam, qui potentissimus in mari nostro erat pirata, cepit. hinc non modica viso illi accessit gloria. hic igitur Thessaliae principatu iuito, et Peloponneso ab rege accepta, cum exercitu Achaiam hostiliter ingressus est. Graecorum autem exercitus accedente Zagano et arcem oppugnante diffugit. Itali, quos accersiri iusserat Thomas, iam aderant eo loci, ut suppetias ferrent Graecis, profecti Mediolano ut subsidio venirent Graecis. Graeci paraverant bombardam, qua urbem feriebant, verum parum proficiebant: haud enim peritum habebant bombardarium. nec etiam alius machinarum apparatus sufficiebat ad istam expugnationem. Graeci igitur moventes ab ista urbe profecti sunt Naupactum, atque hic se tenuere. Thomas cum exercitu superveniens Laconiam subigebat et Calamatam Messenae urbem. Mantineam quoque obsidione circumvenit. nec tamen quicquam ea obsidio succedebat, ut urbe potiretur. interea misit Thomas legationem ad regem, ut eius animum tentaret, velletne secum pacem componere. rex, cum eo tempore nuntiatum esset quid in Asia moliretur Chasanes Longus, pacem dare haud abnuit, ut posset liberius arma inferre Chasani et Ismaeli Sinopes principi, cui familiaritas cum Chasane intercesserat. caeterum rex his condicionibus pacem con-

λισμάτων, φόρον δὲ ἀπάγειν αὐτίκα ἐς τρισχιλίους στατῆρας, παρεῖναι δὲ ἐντὸς ἡμερῶν εἴκοσιν, ἐπὰν ἐς Κόρινθον παραγένηται τοῦ βασιλέως ὁ πρέσβυς. ταῦτα ὡς ἠγγέλθη τῷ ἡγεμόνι, παρεσκευάζετο ἰέναι ἐς τὰ παραγγελλόμενα ὑπὸ βασιλέως. ἐπειδὴ δὲ ἀγνωμοσύνῃ χρησαμένων τῶν ὑπηκόων οὐκ εἶχε τοὺς χρυσίνους ἀπαγαγεῖν, ἦν τε ἐνταῦθα ὁ βασιλεὺς
B μεγάλως τεθυμωμένος. τὴν μέντοι ἐς Ἀσίαν ἔλασιν ἐπὶ Χασάνην ἀνεβάλλετο ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος, αὐτὸς δὲ ἐστέλλετο ἐπὶ
1460 Πελοπόννησον. ἐπεὶ δὲ ἐς Κόρινθον παρεγένετο ἐσβαλών, παρῆν Ἀσάνης ἀπὸ Δημητρίου τοῦ ἡγεμόνος, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἀπάξων τὸν βασιλέως στρατόν. ὡς δὲ ἐς Τεγέαν ἀφίκετο, ἐνταῦθα τὸν μὲν Ἀσάνην ἐς φυλακὴν ἐποιήσατο, καὶ τοὺς τῶν Ἑλλήνων θεράποντας, καὶ ὅσοι αὐτῷ εἵποντο, δεσμίους ἔχοντες ἀπήλαυνον ἐπὶ Σπάρτην. πρῶτα μὲν Μαχουμούτης ἔχων τούς τε ἱπποδρόμους μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα ἤλαυνε κατὰ κράτος ἐπὶ τὴν Σπάρτην. ἐνταῦθα ἀφικόμενος τήν τε πόλιν αὐτίκα ποιησάμενος ὑπέ-
C λαβεν ἐντὸς τὸν ἡγεμόνα. ὁ μὲν οὖν ἡγεμὼν ἀπὸ τῆς ἐς βασιλέα ἐλπίδος καταβληθεὶς ἐπολιορκεῖτο. καὶ ὥρμητο μὲν ὡς διὰ τὴν τῆς πόλεως ἀκρόπολιν ἀναβησόμενος· μετὰ δέ, ὡς ἐπύθετο ἐν φυλακῇ ὄντα τὸν γυναικὸς ἀδελφὸν Ἀσάνη ὑπὸ βασιλέως, ὑπεχώρει τῆς πόλεως, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἀφι-

venire posse respondit, si exercitus abduceret ab regis arcibus, si restitueret oppida quae ademisset, si illico tributi nomine numeraret tria milia staterum aureorum. adesse autem deberet intra dies viginti Corinthi, donec eo veniret regius legatus. haec ubi nuntiata sunt principi, pacis condiciones oblatas haud aspernatus est. cum autem admodum imprudenter in transversum agerentur principis subditi, factum est ut non posset regi pendere quemadmodum imperaverat tributum. hinc ira exardens rex expeditionem adversus Thomam sumpsit, et bellum contra Chasanem reiecit in futuram aestatem et contra Peloponnesum accingebatur. cum venisset Corinthum, aderat Asanes ab Demetrio principe, ducturus contra hostes regis exercitum. ubi pervenit Tegeam, Asanem in carcerem coniecit: etiam fautores qui eum secuti fuerant, vinctos detinens, profectus est contra Spartam. primo quidem Machumetes habens equites et Europaeum exercitum, summis viribus contra Spartam contendit. huc cum iam accessisset et urbem oppugnare occoepisset, sensit principem in ea esse. princeps autem spe, quam sibi in rege sitam putabat, deiectus, obsidebatur, et conabatur per urbis arcem ascendens evadere. ubi vero intellexit in carcere teneri uxoris suae fratrem Asanem, et in eam necessitatem ab rege esse detrusum, excessit urbe, et veniens in

κόμενος ἐς ὄψιν ἀφίκετο τῷ βασιλεῖ. καὶ αὐτόν τε μεγάλως ἐτίμησε βασιλεύς, καὶ παρεμυθεῖτο ὡς οὐδὲν ἀηδὲς ἐσαῦθις ἔσοιτο διὰ ταῦτα, ἄλλην δὲ χώραν ἱκανὴν εὐδαίμονα ὑπέσχετο δώσειν αὐτῷ ἀντὶ τῆς Σπάρτης. οὐδὲν μέντοι ἧττον εἶχεν αὐτὸν ἐν φυλακῇ [ἐποιήσατο]. ἐπί τε μὲν οὖν τὴν Σπάρτην, ἐς τὴν ὑπώρειαν τοῦ Ταϋγέτου, οἰκεῖται πόλις Ἑλληνικὴ εὐδαίμων, διέχει δὲ ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς πόλεως καὶ τοῦ Εὐρώτα D σταδίους ὡσεὶ ὀκτωκαίδεκα. ταύτην μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς προσπαρειλήφει, φρουράν τε ἔφαινεν ἐν τῇ μητροπόλει, καὶ ἄρχοντα ἐπέστησε Χαζάνην τὸν Ζενεβίσαν, Μαχουμούτεω θεράποντα. αὐτὸς δὲ ἐλαύνων ἐπὶ Καστρίην πόλιν, διέχουσαν ἀμφὶ τὰ ὀγδοήκοντα στάδια ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως, ἐπολιόρκει ταύτην. οἱ γὰρ ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες φραξάμενοι ἐν ὀχυρῷ πάνυ, καὶ θαρροῦντες τῇ χαλεπότητι τοῦ χωρίου, παρεσκευάζοντο V. 196 ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας σφίσι πολεμεῖν, τὸν βασιλέως στρατόν. οἱ μὲν οὖν νεήλυδες, ὡς ἐσημαίνετο αὐτοῖς ἡ προσβολή, προσέβαλλόν τε αὐτίκα, καὶ τὸ ἐκτὸς τεῖχος P. 252 ὑπερεβάλοντο, καὶ τούς τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας ἠνδραποδίσαντο, ἐξελόντες τὸ χωρίον τοῦτο. ἑλόντες δὲ τὴν πόλιν ἀνῄεσαν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, μετέωρόν τε οὖσαν καὶ ἀνέχουσαν ἐς ὕψος ὡσεὶ σταδίους τέσσαρας. ἡ δὲ ἄνοδος στενή τε ἦν καὶ χαλεπὴ ἀναβῆναι τῇ τε δυσχωρίᾳ καὶ προσάντης καὶ

11. Καστρίζην Hammer 2 p. 41 i.

castra prodiit in regis conspectum. rex advenientem magnifice tractavit et plurimum honoravit. praeterea eum consolatus est, ut bonum animum gereret: se nolle delictorum poenas exigere. promittebat se ei daturum opulentam regionem aliam, nullius rei egentem, pro Sparta. attamen eum in custodia asservans detinuit. supra Spartam in radice Taygeti sita est urbs Graeca, opibus florens. distat a Palaeopoli et ab Eurota stadiis ferme decem et octo. hanc rex in dicionem accepit, et praesidium metropoli imposuit, eique principem dedit Chazanem Zenebisam, Machumetis ministrum. hinc profectus est Castriam urbem, quae remota est a praedicta urbe stadiis octoginta, eamque oppugnabat. nam viri pariter et mulieres cum essent inclusi in loco munitissimo, confidentes locorum difficultati, parabant sese ut resisterent exercitui regis adeunti. at peregrini, ubi signum irruptioni datum est, confestim aggressi sunt urbem; et superantes murum exteriorem, viros pariter et mulieres ceperunt, locumque in quo fuerant destruxerunt. urbe capta perrexerunt contra arcem, quae admodum excelsa erat: nam altitudo eius complectebatur circiter quattuor stadia. ascensus autem erat arduus et superatu difficilis. ad loci difficultatem accedebat acclivitas et inaequalitas. praeterea in

ἀνώμαλος ἐς τὰ μάλιστα, καὶ διακωλυόντων τῶν ἀνδρῶν χαλεπὰ ἦν ὑπερβῆναι καὶ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀφικέσθαι. ἐνταῦθα ἐβίαζον τὴν ἄνοδον, ἀλλήλους ὑπερβαίνοντες. πολλοὶ δὲ ἐς τὴν ἄνοδον ταύτην φορᾷ ὑποφερόμενοι ὑπ' ἀλλήλων βίᾳ ἐς τὸν B κρημνὸν ἐγένοντο, καὶ ἀπώλοντο τῶν νεηλύδων ὡς πλεῖστοι. οἱ δὲ ἄλλοι ὑπερέβησαν καὶ ἐγένοντο ἐν τῇ ἀκροπόλει καὶ προσέβαλλον. οἱ δὲ Ἕλληνες χρόνον ἤδη πολὺν μαχόμενοι οὐκ ἠδύναντο οἱ ἀμύνεσθαι πρὸς ἄλλους καὶ ἄλλους τῶν βασιλέως. ἀπεῖπον δή, προσῴκησαν δὲ ἐς ὁμολογίαν τῷ βασιλεῖ. τούτους μὲν οὖν, ὡς τὴν ἀκρόπολιν παρέλαβε, πάντας ἀπαγαγὼν εἰς ἕνα χῶρον κατέσφαξε, γενομένους τοὺς σύμπαντας ἐς τριακοσίους, καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῶν τῇ ὑστεραίᾳ χωρις ἔτεμε τὸ σῶμα ποιησόμενον. ἐντεῦθεν ἤλαυνε διὰ Λεονταρίου τῆς πόλεως, καὶ στρατοπεδευσάμενος, ὡς ἐπυνθάνετο πάντας εἰσενεγκαμένους γυναῖκάς τε καὶ παῖδας καὶ αὐτοὺς C ἐς ἐρυμνήν τινα πόλιν Καρδικίην καλουμένην, αὐτίκα ἐπεισπεσὼν ἐστρατοπεδεύετο. καὶ τῇ ὑστεραίᾳ προσέβαλλε μὲν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως καὶ ἐτειχομάχει σὺν τοῖς νεήλυσι, τοὺς δὲ ἀζάπιδας ἐκέλευε κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως προσβάλλειν ᾗ βάσιμα ἦν αὐτοῖς ὑπερβῆναι. καὶ οἱ μὲν ἀζάπιδες εἰσπεσόντες αὐτίκα ὑπερέβησαν τοὺς Ἕλληνας καὶ ἐτρέψαντο, φερόμενοι δὲ ἅμα αὐτοῖς εἰσέβαλλον ἐς τὴν πόλιν, καὶ

8. ἀλλήλους καὶ ἄλλους P 16. ἐς om P

arcem ascendere difficile erat propter eos qui aditu advenientes prohibebant. verum regii milites violenter aggrediebantur iter, cum alius alium praevenire cuperet. plurimi in isto ascensu, cum alii in alios inciderent, per praeceps volvebantur, et peregrini complures ibi cadebant. reliqui tamen victa itineris difficultate subierant ad arcem, et in eam impetum dedere. Graeci, quod tempore longo pugnassent, non amplius regiis militibus, cum novi et recentes usque succederent, resistere potuerunt. fatigati igitur dedidere se regi. hos omnes, ubi primum arcem occupavit, in unum locum contractos occidit. numero autem erant trecenti. ducem horum die postero in duas secuit partes. hinc profectionem instituit per Leontarium; et castris positis, cum accepisset quod uxores et liberos collocassent in urbem quandam munitam nomine Cardiceam, confestim eo pergens ibi castrametatus est. die postero urbem oppugnare statuebat ab arce, murumque una cum peregrinis proruere volebat. Azapides iussit irruptionem facere eo loci ubi palatium regium est, et inde in hostem descendere. Azapides confestim, ut imperatum erat, irrumpentes Graecos vicerunt, et in fugam abire compulerunt. interim reliqui una cum praedictis ingrediebantur in urbem. et tru-

ἐφόνευον ἀφειδέστατα, παραγγείλαντος, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας καὶ ὑποζύγια καὶ κτήνη, οὐδενὸς φειδόμενοι. αὐτίκα καὶ οἱ ἐν τῇ ἀκροπόλει παρέδωκαν σφᾶς, ἐς ὁμολογίαν χωρήσαντες. Μποχάλης δ' ἦν ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, καὶ οἱ προσήκοντες αὐτῷ. ἐνταῦθα κήρυγμα ποιησάμενος ὁ βασιλεὺς ἐς τὸ στρατόπεδον, ἀνδράποδον ὅστις ἀπήγετο, ἂν μὴ αὐτίκα ἥκῃ ἄγων, τὸ μὲν ἀνδράποδον κελεύσει ἀνελεῖν D τὸν δεσπότην, μετὰ δὲ ἀναιρήσει καὶ τὸ ἀνδράποδον. μετὰ δὲ ταῦτα οὐδὲν σπανιώτερον ἦν ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἀνδραπόδων τῶν τῆς πόλεως ταύτης· συναπήχθησαν γὰρ ἐς χιλίους μάλιστα καὶ διακοσίους. τούτους δὲ σύμπαντας ἀπάγων ἐς ἕνα χῶρον αὐτοῦ ταύτῃ διεχρήσατο, ὥστε μηδένα τῶν τῆς πόλεως Λεονταρίου προσόντων λειφθῆναι, μήτε ἄνδρα μήτε γυναῖκα. ἐπυθόμην δὲ μετὰ ταῦτα τῶν περιοίκων γενέσθαι τὰ σώματα ἀμφὶ τὰ ἑξακισχίλια, ὑποζύγια δὲ πολλαπλάσια. ταῦτα γενόμενα ὑπὸ βασιλέως ὡς ἐπυνθάνετο καὶ τὰ λοιπὰ τῆς Πελοποννήσου, αὐτίκα προσεχώρησεν P. 253 ὑπὸ δέους, πρέσβεις πέμποντα ὡς βασιλέα, ἄλλα τε καὶ Σαλβάριον καὶ Ἀρκαδία, ἐπίνειον τῆς ταύτῃ χώρας, πρὸς τῇ Πύλῳ ᾠκημένη, πόλις ἐχυρωτάτη. τούτους μὲν ὡς παρέλαβε βασιλεύς, τοῖν πολέοιν τοὺς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, ἐς φυλακὴν ἐποιήσατο σύμπαντας, ἐς μυρίους μάλιστα συναθροισθέντας, καὶ ὥρμητο μὲν ὡς ἀποκτενῶν, μετὰ δὲ ἐπεμ-

cidabant, nemini parcentes, viros mulieres iumenta et pecora. etiam hi qui arcem tenebant, continuo deditionem fecerunt. Bo-Bochales autem cum suis propinquis urbem istam regebat. rex illico per praeconem in castris edici iubet, si quis mancipium abduxerit, si non illico accedat id secum adducens, mancipium dominum interficiat; postea interficiatur et mancipium. hoc edicto promulgato, nihil rarius erat in castris quam mancipia urbis istius. abducta erant inde mancipia mille et trecenta. haec iussit in unum locum congregari et omnia necari. atque adeo in mancipia saevitum est ut nullus Leontarii civis relictus sit, neque vir neque mulier. audivi postmodum ex finitimis cadavera hominum fuisse circiter sex milia, et iumenta plurima. cum caeterae Peloponnesi urbes hoc crudele regis factum accepissent, confestim metu in potestatem regis concessere, mittentes legatos ad regem. inter caetera Salvarium Arcadiae, navale eius regionis, ex adverso Pyli situm, urbs munitissima, se regi tradidit. urbem hanc ubi suscepit rex, viros et mulieres civitatis in carcerem misit. hi congregati, seu in unam summam collecti, erant decem milia, quos se interfecturum rex simulabat. tandem eos transportavit in Byzantii regionem, ut in Byzantii suburbanis degerent. ducem sive principem De-

πεν ἐς τὴν Βυζαντίου χώραν ἐς τὰ προάστεια ὡς οἰκήσοντας. τὸν δὲ ἡγεμόνα Δημήτριον περιῆγεν ἐνταῦθα, ἄχρι προσόδου
V. 197 περιελαύνων. ἔπεμπε δέ, συναινοῦντος καὶ αὐτοῦ τοῦ ἡγεμόνος, Ἰησοῦν τὸν Ἰσαακίου παραληψόμενόν τε τὴν Ἐπίδαυρον καὶ ἄξοντα τήν τε ἡγεμόνος γυναῖκα καὶ θυγατέρα, ἣν ἔφα-
B σκεν ἀγαγέσθαι ἐς γυναῖκα ἑαυτῷ βασιλεύς. ἔπεμπέ τε καὶ ἄρχοντα τῶν ἑαυτοῦ ὁ ἡγεμὼν τῶν Ἑλλήνων, πείσοντα μὲν τοὺς ἐν τῇ Ἐπιδαύρῳ παραδιδόναι τὴν πόλιν, καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἀπάξοντα καὶ τὴν θυγατέρα. Ἰησοῦς μὲν παραλαβὼν τοὺς Ἕλληνας ἤλαυνεν ἐς Ἐπίδαυρον· ὡς δὲ ἀφίκετο ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐνταῦθα ὁ τῆς πόλεως ἄρχων, ἐναγόντων ἅμα καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει, ἀφίστη ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος, καὶ οὐκ ἔφη παρ' αὐτῷ διδόναι τὴν πόλιν. τὴν μέντοι ἡγεμόνος Ἑλλήνων γυναῖκά τε ἅμα καὶ θυγατέρα ἐπέτρεψεν ἐξιέναι. καὶ ταύτας μέντοι, ὡς ἐξῆλθον τῆς πόλεως, παραλαβόντες ἤλαυνον ἐς τὸ στρατόπεδον. βασιλεὺς δὲ πυθόμενος ὡς ἕκαστα ἐγένετο τὰ
C περὶ Ἐπίδαυρον, τὴν μὲν γυναῖκα τοῦ ἡγεμόνος καὶ θυγατέρα ἐκ τῆς Πελοποννήσου εὐθὺ Βοιωτίας ὑπάγειν ἐκέλευσεν, ἐπιστήσας εὐνοῦχον τῇ θυγατρὶ τοῦ ἡγεμόνος· μετὰ δὲ ταῦτα, οὐ πολλῷ ὕστερον, καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα ὑπάγειν ἔξω Πελοποννήσου ἐπέταξε παρὰ τὴν γυναῖκα. αὐτὸς δὲ ἤλαυνε μὲν αὐτίκα, μετὰ τὴν Γαρδικίης αἵρεσιν, ἐπὶ τὰς Οὐενετῶν πόλεις, καὶ Κορώνην ἀφίκετο ὀψόμενος. καὶ ὁ μὲν ἀμφὶ ταῦτα εἶχε· Ζάγανος δὲ ὁ τῆς Πελοποννήσου ὕπαρχος, ὡς τήν τε

metrium circumduxit vinctum, donec eum iterum ad colloquium admitteret. eodem principe monente misit rex Iosuen Isaaci filium, ut reciperet Epidaurum, et principis uxorem et filiam, quam rex se uxorem ducturum dicebat, secum inde adduceret. Graecorum princeps de suis ducem misit, qui persuaderet Epidauri incolis ut urbem traderent regi et paterentur principis tum uxorem tum filiam inde abduci. Iosue cum Graecorum robore profectus est Epidaurum. cum venisset ad urbem, civitatis iudex, suadentibus id et aliis civibus, deficit a principe; nec in se esse situm respondit ut urbem regi traderet. verum Graecorum principis cum uxorem tum filiam passus est exire urbe. has, ubi egressae erant, accipientes rediere in castra. rex ubi intellexit ut singula circa Epidaurum accidissent, principis uxorem et filiam ex Peloponneso recta in Boeotiam subduci iussit, addito in custodiam virginis eunucho. nec multo post etiam principem ab Peloponneso ad uxorem pergere iubet rex illico capta Cardicea profectus est contra Venetorum urbes. venitque visurus Coronam. Zaganus Peloponnesi praefectus, cui mandatum erat ut in dedi-

Ἀχαΐαν ἐπετέτραπτο καταστρέφεσθαι καὶ Ἦλιδος τὴν πλείονα
χώραν καὶ τὴν ταύτῃ μεσόγαιον, παραλαβὼν τὸ Θετταλίας
στράτευμα καὶ ἱπποδρόμους τοῦ βασιλέως, τήν τε Καλαβρί-
των πόλιν ὑπηγάγετο, παραδόντος Δόξα ἄρχοντος, τῶν ἐν D
τοῖς Ἀλβανοῖς ἐπιφανῶν τὰ πρῶτα φερομένου. καὶ αὐτὸς
μὲν αὐτίκα προσεχώρησε καὶ οἱ προσήκοντες, τῷ Ζαγάνῳ
παραδόντες τὴν πόλιν· οὓς ξύμπαντας τούτους ὕστερον βα-
σιλέως ἐπιτάξαντος διεχρήσατο. ἐλαύνων δὲ ἐπὶ Γρεβενὸν
ὀχυρὰν πόλιν, ταύτην μὲν προσέβαλλέ τε, καὶ ἐξεκρούσθη τῇ
χαλεπότητι τοῦ χωρίου. ἀπόπειραν δὲ ποιούμενος τῶν ἄλλων
χωρίων, Σανταμέριον πόλιν, ἐς ἣν ὡς πλεῖστοι τῶν ταύτῃ
περιοίκων ὄλβιοι κατέθεντο τὸν πλοῦτον καὶ τὴν ἄλλην εὐδαι-
μονίαν, ὡς αὐτὸν ἐνταῦθα ἀφικόμενοι διεσώζοντο, προσφέρον-
τες λόγους τῷ Ζαγάνῳ περὶ ξυμβιβάσεως, σπονδάς τε ἐποι- P. 254
οῦντο καὶ τὴν ἀκρόπολιν παρεδίδοσαν. ταύτην δὲ ὡς παρέ-
λαβε, δόλῳ ἐξαπατήσας, τῇ ὑστεραίᾳ μενόντων τῶν ἐν τῇ πό-
λει κατὰ χώραν ἐπαφεὶς τὸν στρατὸν ἠνδραποδίσατο, καὶ
πολλοὺς αὐτοῦ ταύτῃ διέφθειρε. ταῦτα ὡς ἠγγέλλετο καὶ ἐς
τὰς ἄλλας πόλεις, ὡς οὐδὲν σφίσιν ἔτι ἔμπεδον εἴη τῶν πρὸς
βασιλέα πραγμάτων, ὥρμηντο ἀμύνεσθαι ὡς ἕκαστοι ἐν ταῖς
ἑαυτῶν πόλεσι, καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν πολισμάτων ἤθελε προ-
σχωρεῖν. καὶ ὁ μὲν Ζάγανος οὕτω πράξας τὰ μὲν τοῦ Σαν-

2. ταύτην? 20. ἕκαστα P

tionem regis redigeret Achaiam et Elidis regionem plurimam, necnon mediterranea Elidis, accipiens Thessaliae exercitum et regium equitatum, subiugavit Calauritam urbem, quam tradebat Doxas, qui inter Albanos facile primas ferebat. ipse cum necessariis suis continuo in dicionem regis concessit, Zagano urbem dedens. omnes tamen hos deinceps, cum sic imperaret rex, trucidavit. postea profectus est contra Grebenum urbem munitissimam, et hanc oppugnare instituit: verum loci difficultate impeditus eam expugnare nequivit. tentabat deinde et reliquas Albanorum urbes, inter quas et Santamariam; in quam urbem plurimi regionis eius opulenti divitias et opes contulerant, et ibi servabantur. evocantes autem Zaganum ad colloquium foedus pepigerunt, et eidem arcem dediderunt. hac accepta, dolo circumvenit omnes: nam immisso exercitu omnes cepit et in mancipiorum condicionem traduxit; plurimos eorum etiam occidit. haec ubi fama pertulit ad caeteras Albanorum urbes, nullam amplius spem salutis sibi in rege cernebant. quapropter singuli in suis urbibus hosti resistere parabant, nec ullum amplius oppidulum deditionem facere volebat. et Zaganus quidem cum talia faceret, maximam calamitatem Santamariae invexit. caeterum non multo post et ipse suo

ταμερίου, ἐδυστύχησεν οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ ἀπέβαλε τὴν
B ἀρχήν. βασιλεὺς μὲν δὴ ἀπὸ Κορώνης ἐς Πύλον ἀφικόμενος ἐνταῦθα ἐστρατοπεδεύετο, ἧπερ καὶ ὁ Θωμᾶς σὺν τῇ νηί· ἐς ἣν ἐμβὰς καὶ ἀναγόμενος ἐκαραδόκει ᾗ χωρήσει τὰ Πελοποννήσου πράγματα. τούτῳ μὲν ἐπιπλέουσαι νῆες τῶν Οὐενετῶν προηγόρευον ἐντεῦθεν ἀπαλλάττεσθαι, μηδὲ ἐναντίον βασιλέως ἀνέχειν ἐπὶ τοῦ σφετέρου λιμένος. οὗτος μέν, ὡς βασιλεὺς ἐστρατοπεδεύετο, ἀπηλλάττετο ἀναγόμενος ἐς τὸ πέλαγος· οἱ δὲ Οὐενετῶν πρέσβεις ἀφικόμενοι ἐνταῦθα παρὰ βασιλέα τάς τε σπονδὰς ἐπεκύρουν σφίσι καὶ τὴν ξενίαν τε
V. 198 καὶ εὔνοιαν ἐνεδείκνυντο βασιλεῖ. οἱ μὲν οὖν ἱπποδρόμοι
C ὅμως ἐς τὴν Πύλον ἐπιδραμόντες τινὰς οὐκ ὀλίγους ἐνταῦθα τῶν ταύτῃ Ἀλβανῶν τῶν περιοίκων ἑλόντες διέφθειρον. ἐλάσαντος δὲ ἵππῳ τοῦ βασιλέως ἐπὶ Μεθώνην καὶ θεασαμένου, τινὲς τῶν τῆς πόλεως ἐπεξῆλθον ὡς ἐπὶ σπονδαῖς, καί τινες αὐτῶν διεφθάρησαν ὑπὸ τῶν βασιλέως. βασιλεὺς δὲ ἀπὸ Πύλου συσκευασάμενος τὸν μέντοι Ἑλλήνων ἡγεμόνα ἐκέλευε τὴν μεσόγαιον ὑπάγοντα εὐθὺ Βοιωτίας ἐλαύνειν, ὡς πρότερόν μοι δεδήλωται· αὐτὸς δὲ ἐπὶ Ἀχαΐδος γενόμενος, καὶ τὰ ταύτῃ χωρία παραλαβὼν παραδόντων τῶν ἀρχόντων, πα-
D ρεγένετο ἐς Ἀχαΐαν, περιάγων καὶ Ἀσάνη τὸν τοῦ ἡγεμόνος γυναικὸς ἀδελφόν. ἐνταῦθα δὲ ἀφικόμενος, ὡς ἐπύθετο τὰ

officio excidit. rex interea Corona relicta profectus est Pylum, et ibi castra ponebat. aderat ibidem et Thomas cum navi; quam conscendens solvebat, expectaturus quonam res Peloponnesi essent evasurae. huc cum appulissent naves Venetorum, edixerunt ut hinc decederet, nec in ipsorum portu resistere regi institueret. illic quidem, ubi castrametatum esse audierat regem, abibat, committens pelago navem. Venetorum autem legati accedentes huc ad regem foedera inita confirmarunt, et hospitalitatem benevolentiamque maximam regi exhibebant. nihilominus tamen regii equites incursionem in Pylum facientes haud paucos Albanos, qui in ea regione agebant, ceperunt, et finitimos necaverunt. equitatus regis deinde pergebat Methonam, ut videret quinam urbe essent egressi, ut se dederent regi. verum quidam ab equitibus perempti sunt. rex collectis omnibus Pylo decedens, Graecorum principem Demetrium recta in Boeotiam procedere iussit, ut in dicionem redigeret mediterraneam, quae ibi est, regionem, sicuti supra docuimus. ipse vero cum haereret in Achaiae regione, loca quae ibi erant in dicionem accipiens, dedentibus sese principibus, venit in Achaiam, vehens secum Asanem, uxoris quam princeps habebat fratrem. huc veniens accepit miserabilem calamitatem, quae contigisset Santamariae. graviter ea audita succensuit Zagano: nam me-

περὶ Σανταμέριον γενόμενα, ἐχαλέπαινε τῷ Ζαγάνῳ καὶ ἤχθετο, ὅτι διὰ τὴν ἐκείνου παράβασιν ἐς τοὺς Ἕλληνας χαλεπῶς ἂν αὐτῷ προσχωρήσειε τὰ λοιπὰ τῶν πολισμάτων. κήρυγμα δὲ ἐποιεῖτο ἀνὰ τὸ στρατόπεδον ὥστε ἀφιέναι τὰ ἀπὸ Σανταμερίου ἀνδράποδα. ἐνταῦθα ὅσα ἦν ἠλευθεροῦντο, τὰ μέντοι πλείω ἔφθησαν διαβάντα ἐς τὴν Αἰτωλίαν ἀπὸ τῆς Ἀχαΐας· Ζάγανος δὲ τὰ πλείω διεβίβασεν ἀπαγόμενος οἴκαδε. τὴν μὲν οὖν Γρεβενοῦ πόλιν πέμψας Ἰησοῦν τῶν Σκοπίων ὕπαρχον, παρεστήσατο· καὶ τούτων τὴν τρίτην μοῖραν ἀνδραποδισάμενος, καὶ ἐπιλεξάμενος εἴ τι καλὸν ἦν ἀνδράποδον P.255 ἐν τῇ πόλει, ἀφαιρεῖτο. καὶ πρότερον μὲν ὁ τῆς Πατρῶν πόλεως ἄρχων Ἰσακάλης τοὔνομα παρεστήσατο ἔνια τῶν περιοίκων αὐτοῦ πολισμάτων. οἱ γὰρ Ἕλληνες ὡς ᾔσθοντο βασιλέα καταστρεψάμενον τὴν μεσόγαιον καὶ διαφθείραντα ἄνδρας ὡς πλείστους τῶν πόλεων, ὥρμηντο μὲν αὐτός τις ἕκαστος φθῆναι βουλόμενος παραδοῦναι σφᾶς, πρὶν ἢ ἀφικόμενον τὸν βασιλέα ἐξελεῖν σφᾶς, τὰ μὲν ἀνδραποδισάμενον, τὰ δὲ καὶ ἐπισφάξαντα. οἱ δὲ Τοῦρκοι παρελάμβανον μὲν τὰς πόλεις, ἄπρικοι μὲν οὖν, ἐπιλεγόμενοι δὲ τὰ κάλλιστα τῶν πόλεων ἀνδράποδα ἀφῃροῦντο. καὶ τὰ μὲν αὐτοὶ ἠνδραποδίζοντο, B τὰ μικρὰ τῶν πολισμάτων, τὰ δὲ μεγάλα παρελάμβανον, ἐπιλεγόμενοι τὰ κάλλιστα τῶν πόλεων σφίσιν. ὡς δὲ λύκοι ἐπὶ

4. ἐφιέναι P

rito indignabatur, siquidem propter errorem sive crudelitatem Zagani in Graecos reliquae urbes cunctabantur ad deditionem spectare. iussit igitur rex per praeconem in castris edici ut mancipia Santamariae conquirerentur. omnia quae in castris reperiebantur, libertatem pristinam recipiebant. plurima, antequam id fieret, transcenderant ab Achaia in Aetoliam. Zaganus quoque plurimos captivos in mancipiorum numerum relatos domum transmiserat. urbem dehinc Grebenum, misso Iosue Scopiorum praeside, cepit; et tertiam hominum, qui in ea urbe erant, partem ad mancipiorum miserabilem fortunam deduxit. hinc ipse eligens pulcherrimum quodque mancipium, ea auferebat. etiam antequam haec evenirent, Patrarum praefectus nomine Isocales oppidula quaedam finitima subegerat. nam Graeci ubi intellexerunt regem populari mediterraneam regionem et necare plurimos, ibi tum singulae civitates contendebant summis studiis ut se traderent regi, priusquam ipse adveniens urbes dirueret, quasdam in mancipiorum numerum redigeret, et alios leto daret. Turci igitur urbes susceperunt, et eligentes pulcherrima mancipia, quae in iis erant et vocantur Apsici, sibi conservabant urbes quidem minores foede diripiebant, at maiores in dicionem accipiebant, eligentes sibi ea

πρόβατα νομέων ἔρημα ἐσβαλόντες αὐταρκῶς οὐδέποτε κορέννυνται τοῦ φόνου, ἐλεεινῶς δὲ πάσχουσιν ἀπὸ τῶν θηρίων τούτων τῶν λύκων, οὕτω δὴ καὶ ἡ Πελοπόννησος ἐν τῷ τοιῷδε κάκιστα ἀπώλλυτο, διαφθειρομένη ὑπὸ τῶν βασιλέως ἀνδρῶν, οἰκτρότατα ἄλλων ἄλλῃ ἀπολλυμένων. βασιλεὺς μὲν οὖν ἀφικόμενος ἐς Πάτρας τῆς Ἀχαΐας ἐστρατοπεδεύετο, τό C τε Καστριμένον πόλισμα προσεχώρησεν αὐτῷ. καὶ πρὸς Σαλμενίκην πέμπων κήρυκα ἐκέλευεν αὐτοὺς παραδοῦναι τὴν πόλιν. οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν ἑκόντες εἶναι σφᾶς παραδοῦναι, εἰδότες ὡς ὅμοια πείσονται τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι. ταῦτα μὲν ὡς ἀνήχθη ἐς βασιλέα, συσκευασάμενος τῇ ὑστεραίᾳ ἀφίκετο ἐπὶ τὴν Σαλμενίκην. ἔστι δὲ ἡ πόλις αὕτη ἐν ἀκμῇ, καθήκουσα ἀπὸ ὀρέων ὑψηλοτάτων, ἐρυμνὴ μὲν ἐς τὰ μάλιστα, ἀκρόπολις δ' ἀνέχει ἐπὶ πολὺ τοῦ κρημνοῦ ἀνατείνουσα. ἐς ταύτην τῶν περιοίκων Ἑλλήνων τε καὶ Ἀλβανῶν οἱ πλεῖστοι διασώζοντες αὑτοί τε καὶ αἱ γυναῖκες καὶ τὰ παιδία. βασιλεὺς οὖν ὡς ἐπέλασεν, ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, τηλεβόλοις τε παίων τὸ D τεῖχος τῆς πόλεως, ἐρυμνὸν ὂν καὶ αὐτὸ πάνυ. καὶ οἱ νεή- V. 199 λυδες προσέβαλλον μὲν ἐγγύτατα τοῦ τείχους, καὶ ἐπειρῶντο καὶ ἄλλῃ ᾗ προεχώρει· οὐ μέντοι προεχώρει αὐτοῖς οὔτε ἡ τῆς πόλεως αἵρεσις οὔτε τἆλλα ἀξίως τῆς παρασκευῆς. τηλεβολίσκοις μέντοι ἐτίτρωσκον οὐκ ὀλίγους τῶν ἐν τῇ πόλει,

12. ἀκτῇ? 14. ἂν ἔχει P

quae in urbibus erant pulcherrima. quemadmodum in oves a pastoribus desertas irruunt lupi, nec caede unquam satiantur, verum misere luporum saevitia oves pereunt, sic ea tempestate Peloponnesus crudelissime interibat, vastata et corrupta ab regiis militibus, cum alii alibi miserandum in modum occumberent. rex cum advenisset Patras Achaiae, castra communivit et Castrimenum urbem in deditionem accepit. misit quoque praeconem ad Salmenicam, qui iuberet eos urbem dedere. verum hi responderunt se nondum satis paratos esse ut deditionem facerent. scire enim se, si deditionem facerent, se idem quod accidisset reliquis Graecis passuros. haec ut relata sunt ad regem, postero die omnibus collectis venit Salmenicam. urbs haec sita est in cacumine montium excelsorum, locique natura est munitissima. arx praeterea urbis exaedificata est in praecipitio montis, erigens se supra urbem. in hac servabantur, putantes se tutos fore ab imminenti discrimine, finitimorum Graecorum et Albanorum plurimi cum uxoribus et liberis. rex ubi ad eam urbem accessit, bombardas expediri iussit, quibus murum, qui firmissimus erat nec bombardis cedebat, quassavit. tandem in aliis locis periculum fecit, si quid promovere posset. quamvis tamen omnia tentaret, urbem capere nequibat, nec quicquam tanto apparatu dignum efficie-

ἡμέρας δὲ ἑπτὰ πολιορκῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ κατασχόντων τῶν νεηλύδων, οὐ πολλῷ ὕστερον οἱ ἐν τῇ πόλει ἐν ἀπόρῳ καθεστηκότες, ὡς δίψει συνείχοντο ἀπαύστῳ, παρέδωκαν σφᾶς τῷ βασιλεῖ. τούτους μέν, αμφὶ τοὺς ἑξακισχιλίους ὄντας, ἐς ἀνδράποδα διελόμενος τοῖς ἀρίστοις κατὰ τὸ στρατόπεδον, ἐπιλεξάμενος παῖδας ὡσεὶ ἐνναχοσίους εἰς τοὺς νεή- P. 256 λυδας, τοὺς ἄλλους ἀπέδοτο ἐν τῇ ἀγορᾷ. ὁ μέντοι ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν Ἑλλήνων (Παλαιολόγος ἦν τοὔνομα) λόγους τε ἐποιεῖτο ἐφ' ᾧ παραδοίη τὴν ἀκρόπολιν, ἂν μέντοι συσκευασάμενος σταθμὸν ἕνα ἀπιὼν στρατοπεδεύοιτο. βασιλεὺς δὲ προσίετό τε τοὺς λόγους, καὶ ὁμήρους λαβὼν ἀπανέστη ἐντεῦθεν, κατιὼν δὲ ἐς τὸ Αἴγιον ἐστρατοπεδεύετο, καταλιπὼν αὐτοῦ Χαμουζᾶν τὸν Πελοποννήσου τε καὶ Θετταλίας ὕπαρχον· τοῦτον γὰρ ἐπιστήσας ἀφείλετο τὴν ἀρχὴν Ζαγάνου διὰ τὴν Σανταμαρίου ἀποτυχίαν. οὗτος μέντοι ὡς κατελέλειπτο αὐτοῦ ἐφ' ᾧ παραλαβεῖν τὴν πόλιν, διέτριβε τῇ ὑστεραίᾳ. B καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἀπόπειραν ποιούμενοι ἐξέλιπόν τινας τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, ὥστε ἀπιέναι ἀποφερομένους τὰ ἔπιπλα σφῶν ἐς τὴν ἀντίπεραν τῆς Πελοποννήσου ἤπειρον, οἳ διενοοῦντο διαβῆναι ἐπὶ τοὺς Οὐενετούς· ἐς τοῦτο γὰρ σφίσιν ἐπεποίηντο αἱ σπονδαί. τούτους μέντοι ἐξιόντας ἐκ τῆς πό-

11. ἐπανέστη P

bat. bombardarii interim haud paucos oppidanos vulnerabant globulis. cum autem urbem diebus septem obsidione urgeret, et peregrini milites aquam fluminis, unde obsessi aquam hauriebant, obtinuissent, non multo post siti expugnati oppidani se regi dediderunt. hos igitur ad miserandam mancipiorum fortunam redactos, rex in omnes exercitus sui proceres partitur. inde quoque elegit pueros circiter nongentos, quos in peregrinorum ordinem transtulit. reliquum vulgus veniit in publico foro. is autem qui arci praeerat, erat dux Graecorum, nomine Palaeologus. indicabat regi se arcem traditurum, si ipse hinc profectus miliare unum castra posuisset. rex condicionem hanc haud abnuit, acceptisque in rei fidem obsidibus inde digressus est, et veniens Aegium castra locavit, relicto illic Chamuze Peloponnesi et Thessaliae praefecto. hunc Peloponneso et Thessaliae praefecerat rex, cum ex ea dignitate expulisset Zaganum propter Santamariae calamitatem. ille autem iussus manere út arcem in deditionem caperet, postero die moratus est, nihil faciens. Graeci autem periculum facturi num satis omnia tuta sint, quosdam eorum qui in arce fuerant dimiserunt, ut abirent portantes suam supellectilem in continentem, quae ex adverso Peloponnesi erat. nam inde cogitabant transire ad Venetos. hac enim condicione foedus ictum erat. hos igitur egressos urbe et ad abitum instructos comprehendit Chamuzes,

λεως καὶ παρασκευαζομένους ἀπιέναι συλλαμβάνει ὁ Χαμουζᾶς, καὶ εἰς ἀνδραπόδων λόγον ποιησάμενος ἐπέσχε τοὺς ἐν τῇ ἀκροπόλει παραδιδόναι τὴν ἀκρόπολιν. γράμματα δὲ πέμποντες ὡς βασιλέα ἀπήγγελον τὴν τοῦ ὑπάρχου ἀγνωμοσύ-
C νην, καὶ ὡς αὐτίκα παραβαίη τὰς βασιλέως σπονδάς. πυνθανόμενος δὲ ἕκαστα τὸν μέντοι Χαμουζᾶν ἐξέλασεν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, Ζάγανον δὲ αὖθις ἀπέδειξε Θετταλίας τε ἅμα καὶ Πελοποννήσου ἄρχοντά τε καὶ ὕπαρχον. ἐπιτρέψας δὲ αὐτῷ ἄμφω τὼ χώρα, αὐτὸς ἤλαυνε διὰ τοῦ Φεναῶ. ἐνταῦθα οὖν ἀφικόμενος ἔπεμπε κήρυκα ἐς τὰ πολίσματα, ὡς βασιλεὺς αὐτοῖς τῶν παρεληλυθότων συγγνώμην τε ἴσχοι, καὶ κελεύοι κατιόντας ἀπὸ τῶν πολισμάτων ἀγορὰν παρέχειν τῷ βασιλέως στρατῷ. οἱ μὲν οὖν τινὲς αὐτῶν ἐπείθοντο, καὶ κατιόντες ἐς τὸ στρατόπεδον συνέμισγον τοῖς Τούρκοις. βασιλεὺς δὲ συναγαγὼν τούς τε τῶν θυρῶν καὶ ἱπποδρόμων ὅσοι παρῆσαν,
D ἠφίει ἐπὶ τοὺς Ἀλβανοὺς ὡς ἀναρπασομένους. οὗτοι μὲν οὖν ὅσοι ἐπείθοντο τῷ λόγῳ, ἐξαπατηθέντες οὕτω ἀπώλοντο. καὶ τά τε ὑποζύγια καὶ κτήνη τῆς χώρας ἐξελαύνοντες ἐκομίζοντο ἐπὶ Κόρινθον. ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε ἐπέδραμε τὰ Φλιοῦντος χωρία. οἱ γὰρ ἐν τούτοις κατῳκημένοι τῶν Ἀλβανῶν, ἅτε ἐν ὀχυρῷ πάνυ ᾠκημένοι, ἦγον καὶ ἔφερον τὰ Ἑλλήνων πράγματα, καὶ τοὺς λοιποὺς τούσδε ἐς τὰ κάτω χωρία τῆς Πελοποννήσου εἶχον ἑπομένους σφίσιν ᾗ ἂν οὗτοι ὑφηγήσαιν-

φυλάττεσθαι αὐτὸν ἔξεστιν, ἐκ τοῦ φανεροῦ παρασκευαζομένους, καὶ ἐπιτηροῦντας αὐτὸν ᾗ στρατεύσεται. ἢ πειρώμενον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς ἀφαιρεῖσθαι τὴν χώραν ἡμῶν, μὴ προσφέρεσθαι ὡς πολεμίῳ, δυοῖν ἐν τούτῳ προέχοντι; ἢν μὲν ἀποβαίνῃ αὐτῷ κατὰ γνώμην ἐπιχειροῦντι, πιστεύουσί τε αὐτοῖς ὡς φίλοις, φέρεσθαι τοῦτό οἱ κέρδος· ἢν δὲ μηδέν τι κακὸν ἀπὸ τούτου ξυμβαίνει αὐτῷ . . . . . εἰ μὲν οὖν ταῦτα ἀμείνω, αἱρεῖσθαι ἂν πρὸ τῶν ἄλλων δέοι ταῦτα. εἰ δὲ μὴ C
ἀμείνω ἄλλα ἔχοντας ἡσυχίαν ἀνέχεσθαι, ἐκεῖνα ἔστω ἡμῖν αἱρετώτερα. τὴν μέλλησίν φημι ἔγωγε μέγα μὲν βλάψαι καὶ πολλοὺς τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι μεγάλην ἐπενέγκαι βλάβην, προϊεμένοις τὴν ἀρχήν, ὅτε ἐπολιορκεῖτο Κωνσταντινούπολις, Ἕλληνάς τε καὶ Ἑλλήνων βασιλέα, ἀφ' ὧν τά τε ἐμπόρια ἡμῖν μεγάλα ἐπῄει αὐξανόμενα. μετὰ δὲ διαπρεσβευομένων τῶν Πελοποννήσου ἡγεμόνων ὥστε τιμωρεῖν σφίσι πολεμουμένοις, περιείδομεν τήν τε Πελοπόννησον ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῷδε ἀνάστατον γενομένην. καὶ ἄρτι D
δὲ τοῦ Ἰλλυριῶν βασιλέως κελεύοντος ἀμύνειν αὐτῷ καὶ χάριν κατατίθεσθαι οὐ μικρὰν τῆς βοηθείας ἕνεκα, περιείδομεν καὶ αὐτὸν διαφθαρέντα ὑπὸ Τούρκων. τούτων ἕκαστα ὑφ' ἡμῶν προϊεμένων αἰσχύνην φέρει καὶ ὄνειδος ἐς τοὺς ἄλλους

9. ἀλλά? 12. προϊεμένους P

stum si descenderimus bellum, eum eiusque insidias cavere poterimus armati et satis instructi in omnem eventum, sedulo observantes quemnam castris locum capiat. an non is pro hoste tandem habendus est, qui insidiis regionem nostram praeripere tentat, et duobus his excellit? si felice et prospero rex utatur rerum successu, barbaris homines credunt se ut amicos nonnihil lucri inde percepturos: sin mali nihil inde redundarit in barbarum * * * si itaque haec reliquis praestantiora sunt, quis adeo est caecus ut non cernat ea esse eligenda? sin caecus, meliora habentes quietem amplecti oportet. illa namque nobis eligibiliora iudico. cunctationem aio multum multis per orbem damnosam esse; et nobis plurimum damni dedit, prodentibus imperium, Graecos et Graecorum regem, quando barbarus infestos arietes Cpoli admovebat. nam merces nostrae plurimum ab Graecis iuvabantur et augebantur. deinde contempsimus et aversati sumus preces ducum Peloponnesiacorum, qui impensissimis precibus auxilium nostrum implorabant. per nostram socordiam vidimus et Peloponnesum ab isto rege devictam. nuper admodum, cum Illyriorum rex nostrum auxilium supplex oraret et lati auxilii non mediocrem gratiam se relaturum promitteret, eum ab Turcis crudeliter necari passi sumus. his sigillatim in hunc modum a nobis proditis, non possumus infamiam apud reliquas per Europam gentes effugere, quin dicant nos mercaturae et

τοὺς κατὰ τὴν Εὐρώπην, ὡς τῶν ἐμπορίων ἕνεκα καὶ αἰσχροῦ κέρδους προϊέμεθα γένη ὁμότροπα ὑπὸ τοῦ βασιλέως τοῦδε φθειρόμενα. ξυνελόντα δὲ ὡς ἔνεστι φάναι, εἰ μὲν τοῖς Παίοσιν αὐτίκα συνθέμενοι ἅμα πόλεμον ἀνελώμεθα, ἔσται ἡμῖν καρποῦσθαι τοῖς ἡμετέροις· εἰ δὲ ἀνεχόμενοι ἡσυχίαν ἄγωμεν, ἐν βραχεῖ ὄψεσθε ἀπαρασκεύοις ἐπιθέμενον ἀφαιρησο-
P. 294 μένους τὴν χώραν, ὅση αὐτῷ ὅμορος οὖσα τυγχάνει. δοκεῖ οὖν ἐμοὶ πρέσβεις τε ἐπὶ Παίονας πέμπειν καὶ χρήματα, καὶ αὐτοὺς πληροῦντας νῆας ἐπὶ ταῖς οὔσαις ἡμῖν ἄλλας, ὅσας
V. 229 ἂν δυναίμεθα. συμπαραλαμβάνειν δὲ καὶ τὸν μέγαν ἀρχιερέα ἐπὶ τὸν πόλεμον τόνδε, ἡγεμόνα τε τοῦ παντὸς ποιουμένους. τὴν δὲ Πελοπόννησον ἀποστῆναι πειρᾶσθαι· εἰ γὰρ τῶν ἡγεμόνων τῷ ἑτέρῳ ἀφεστηκότι ἀπὸ τοῦ βασιλέως καὶ μετρίως ἔχοντι βίου συνείποντο ἐς τὴν ἀπόστασιν ἐλθόντες οἱ Πελοποννήσιοι, οἱ μὲν ἐκλιπόντες τὴν πόλιν, οἱ δὲ ἐς πᾶν τοῦ κακοῦ ἀφικόμενοι, πολλῷ ἂν μᾶλλον ἕποιντο δύναμίν τε
B ἀξιόχρεω διὰ θαλάττης ὁρῶντες, καὶ κατ' ἤπειρον κομίζειν τῶν ἱππέων ὁπλίτας τῶν Ἰταλικῶν ἐς δισχιλίους. πέμπεσθαι δὲ ἐς Πελοπόννησον καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἐγκλήμασι Κρῆτας ἐπὶ διαλύσει τῶν ἐγκλημάτων. ταῦτα δὲ ἐπάγοντας ἡμᾶς ὁρῶντες ὄψονταί τε αὐτίκα, καὶ μεταστάντες ἐφ' ἡμᾶς παρέξουσιν ὑποχείριον τὴν Πελοπόννησον, ἀφ' ἧς ἔσται ἡμῖν ταμιεύεσθαι

12. ἀποστῆσαι?

urpis lucri avidos neglexisse gentes eorundem nobiscum morum eiusdemque religionis, et quasi spectasse ut caderent Turcorum Marte. proinde, ut ad pauca redeam, si adiuncti Pannoniis arma arripuerimus, nostris nobis frui licebit. quodsi cunctari et quietem secuti fuerimus, brevi videbimus eum imparatos oppressurum, et extorturum nobis regionem nostram, qua ei finitima est. consulo igitur ut legatos cum magna pecuniae vi ire iubeamus ad Pannones. praeterea, ut praeter naves quae nobis praesto sunt, etiam alias quotquot possumus, impleamus militibus. nec etiam praetereundus est pontifex maximus, qui quoquomodo fieri potest, in belli societatem adhibendus et totius belli dux declarandus est. ad haec opera danda est ut Peloponnesus ad defectionem sollicitetur. et id quidem in proclivi est: si enim alterum de ducum numero, qui descivit ab rege, tenuem agentem vitam Peloponnesiaci secuti sunt, cum quidam desererent urbes, alii vero in summa venirent pericula, quid futurum creditis, si viderint tantas copias terra marique adversus barbarum adventare? censeo insuper equites et armatos Italicos bis mille mittendos in Peloponnesum. Cretensibus quoque venia et criminum abolitio danda est. haec ubi nos agere viderint, continuo ad nos transitionem facient et

τῇ ἐκείνου χώρᾳ καὶ εἴσοδον ἱκανὴν ἀποφέρεσθαι. ταῦτα δὲ συνθεμένους τοῖς Παίοσιν, ἐκείνους μὲν ἀπὸ τοῦ Ἴστρου ἡμᾶς δὲ ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὡρμημένους ἐπιχειρεῖν τῇ ἐκείνου ἀρχῇ, καὶ μὴ καθεζομένους περιορᾶν τὴν χώραν ἡμῶν δηουμένην, καὶ ἐς ἀνδραποδισμὸν τοὺς ὑπηκόους ἡμῶν ἀγομένους, C ἀναγκασθῆναί ποτε ἑλέσθαι σφίσιν αἵρεσίν τινα ἄλλην, τρεπομένους ἐς τὸν πόλεμον."

Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Βίκτωρος συνέπαινοί τε ἐγένοντο καὶ οἱ πλείους ἐν αὐτῷ. ἰσοπαλεῖς δὲ αἱ ψῆφοι οὖσαι, ὅμως ἐπεκράτησαν αἱ τὸν πόλεμον ἀπαγγέλλουσαι. μετὰ δὲ αὐτίκα ἐδόκει πρέσβεις μὲν ἐς τὸν μέγαν ἀρχιερέα πέμπειν, καὶ ἐπὶ Παίονας αὐτίκα πρέσβεις πέμπειν ὡσαύτως, χρήματα ἔχοντας. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις ἀφικόμενοι ἐς τὸν ἄκρον ἀρχιερέα ἔλεγον τὰ καθήκοντα τοῖς Οὐενετοῖς, ὡς ἐν καιρῷ πάνυ εἴη ἅμα αὐτοῖς τὸν πόλεμον ἀναιρούμενον τοῖς βαρβάροις διαπράττεσθαι, ἅττ' ἂν αὐτῷ καὶ πρότερον ἐν Μαντύῃ ἐπετήδευντο. D ὁ δ' ἀρχιερεὺς ὑπολαβὼν ἔλεγεν ὡς ἀναγκαῖον πρῶτον αὐτὸν τὸν μικρὸν βάρβαρον ἐκ μέσου ποιεῖσθαι, εἶθ' οὕτως ἰέναι καὶ ἐπὶ τὸν μέγαν, σημαίνων τὸν Ἀριμίνου ἡγεμόνα, πρὸς ὃν πόλεμος ἦν αὐτῷ, διενεχθέντα ἐπὶ τρόπῳ ὃν παραλιπεῖν ἄξιον. διὰ δὴ ταῦτα αἰτίαν ἐπιφέρων τοιαύτην ἐπολέμει.

Peloponnesum subiicient, unde licebit negotia regi facessere. nam ab Peloponneso commodius in eius regionem dabitur accessus. si igitur societatem coiverimus cum Pannonibus, Pannones ab Istro, nos ab Peloponneso barbari regionem populabimur. nec pressis, quod aiunt, sedentes manibus negligemus regionem nostram vastari et subditos nostros Turcorum mancipia fieri: verum his tandem auctores erimus ut aliquando aliud consilium captent, et armis barbaro fortiter resistere instituant."

Victor huiuscemodi oratione habita plurimos in suam sententiam traxit. calculi autem cum propemodum utrinque essent aequales numero, vicere tamen, quia aliquanto plures erant, qui bellum nuntiabant. secundum haec decretum factum est ut legati abirent ad pontificem magnum, et alii porro ad Pannones ablegarentur cum magna pecuniae vi. legati venientes ad pontificem maximum, dixerunt quae Venetos dicere aequum erat, videlicet tempus nunc instare et monere ut una cum ipsis bellum adversus barbaros capesseret, quemadmodum Mantuae convenisset. pontifex respondens inquit "necesse est ut prius impium et consceleratum minoremque barbarum e medio tollam. deinde diis bene monentibus proficiscar contra magnum barbarum." at intelligebat Arimini ducem, cum quo bellum ea tempestate gerebat. verum causam eius belli nunc omisisse satius est.

Καὶ οὕτω μὲν ὁ ἀρχιερεὺς διεκρούσατο τοὺς Οὐενετούς,
ἔχων ἐμφύλιον οἰκεῖον πόλεμον. μετὰ δὲ οἱ ἐπὶ Παίονας
πεμφθέντες ὥστε ἐπὶ τὸν πόλεμον παραλαμβάνειν, ἐς ὄψιν
P. 295 ἐλθόντες τῷ βασιλεῖ Παιόνων καὶ τῇ συγκλήτῳ ἔλεγον τοιάδε.
"ἄνδρες Παίονες, ὁρᾶτε δὴ ὑμεῖς τὴν Τούρκων βασιλέως δύναμιν, ᾗ προεχώρησεν, ὡς δυναστείᾳ μὲν τοὺς ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὁμοφύλους ἡμῖν κατεστρέψατο, καὶ ἡμῶν δὲ τὴν χώραν ὡς ληιζόμενοι ἀνδραπόδων τήν τε Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην ἐνέπλησαν. καὶ τόν γε Ἴστρον ἀεὶ διαβαίνοντες δηοῦσί τε τὴν χώραν καὶ ἐπικαίουσιν. ὡς δὲ αὐτὸς ὁ βάρβαρος οὐκέτι διαβὰς τὸν Ἴστρον περὶ τῆς ὑμετέρας αὐτῶν τὸν ἀγῶνα ποιεῖται, δῆλά ἐστι λογιζομένοις ὑμῖν ὅτι ἐπὶ τὴν ἐκείνου διαβαί-
B νοντες ἐς θόρυβον ἐπίθεσθε αὐτοῦ τὰ πράγματα. νῦν δὲ τούς
V. 130 τε Ἕλληνας καθελὼν καὶ Ἑλλήνων βασιλέα, μετὰ δὲ τὴν Τριβαλλῶν χώραν ὑφ' αὑτῷ ποιησάμενος, καὶ Πελοπόννησον καταστρεψάμενος σύμπασαν, καὶ βασιλέα Τραπεζοῦντος παραστησάμενος καὶ τήν τε χώραν αὐτοῦ ὑπαγόμενος, μετὰ δὲ ἐπιστήσας ἄρχοντα τῇ Δακίᾳ, καὶ τὴν Ἰλλυριῶν χώραν δῃωσάμενος, καὶ ἑλὼν ἅμα καὶ τὸν βασιλέα, ἄνδρα ἐπιεικῆ καὶ μέτριον, ἐν βραχεῖ οὕτω χρόνῳ τοσαύτας δυναστείας καθελών, τί ἔτι οἴεσθε αὐτὸν τοῦ λοιποῦ ποιήσειν; καθεστήσεται
C μὲν οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς ὁμόρους τούτων ἐλαύνων πειρά-

17. ἐπαγόμενος P

Legati, qui ad Pannonum animos conciliandos, ut prompti sequerentur in Turcicam expeditionem, missi erant, prodeuntes in conspectum regis Mathiae, in frequenti senatu huiuscemodi orationem exorsi sunt." viri Pannones, utique cernitis Turcorum regis potentiam quo evaserit. eos qui in orbe Christiano eiusdem nobiscum et fidei et gentis sunt, suum imperium suscipere coegit. ex regionibus nostris praedas agens', Asiam et Europam mancipiis nostris replevit. Istrum praeterea frequenter transgrediens, regionem populatur agrosque urit. itaque si nos audieritis, barbarus non amplius traiiciet Istrum, ut vestram regionem impugnet. nam manifestum esse reor omnibus, si modo vires intellectus seu mentis intenderint, fore, si vos Istrum transmiseritis et in eius regionem hostili animo fueritis ingressi, ut maximum tumultum in eius regione concitetis resque eius planissime conturbetis. Turcus, ut liquido constat, Graecos debellavit et eorum regionem suo dominio adiecit. Triballorum regionem et universam Peloponnesum sui iuris fecit. Trapezuntium regem domuit, eiusque regione potitus est. Daciae ducem dedit. Illyricorum regionem misere evastavit; eorumque regem, virum aequum et modestum, cepit et occidit. eum igitur, qui brevi admodum tempore tot principatus et potentatus demolitus est, quid porro facturum cre-

σεται τὰς αὐτῶν γινομένας ὑφ' αὐτῷ ποιεῖσθαι, ὡς ἂν δύναιτο τάχιστα αὐτοῖς προσφερόμενος. νῦν δὲ ἥκει καὶ ἐφ' ὑμᾶς οὐχ ἥκιστα ὁ πόλεμος, καὶ παντὶ σθένει πειράσεται διαβαίνων τήν τε χώραν ὑμῶν ἀνδραποδίζεσθαι καὶ τοὺς ἄρχοντας αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ διαφθεῖραι. οὐ γὰρ ἂν ψυχὴν αὐτοῦ ἔστι διαλλάττειν ἐς τοὺς ὑμετέρους τε καὶ ὑπὸ τὴν ἡμετέραν θρησκείαν ὄντας, ἀλλ' ἀμείλικτος πάμπαν τυγχάνει ὢν ὁμοίως παντὸς τῷ τέ οἱ ἐπιεικῶς φερομένῳ. πυνθάνεσθε γὰρ δήπου οἷα τὸν Λαδίσλαον βασιλέα πρότερον ἄρχοντα ἐποίησε. κἂν τούτῳ μὲν ἴσως συγγνώμην ἔσχεν ἑαυτῷ ἐν D μάχῃ ἁλόντα ἀπεκτονώς· τὸν δέ γε βασιλέα Δαβὶδ Τραπεζοῦντος καὶ Ἰλλυριῶν καὶ Λέσβου ἡγεμόνα τούς τε ἄλλους, τί χαλεπὸν ὑπ' ἐκείνων παθὼν διαφθείρει αἰεὶ ὁμοῦ πάντας; εἰ μὲν οὖν παρασκευάζεσθε ἐπὶ τὴν ἐκείνου χώραν ἐλαύνοντες τὸν πόλεμον ποιεῖσθαι, τάχα ἄν τι ἐπικουφίζοιτε καὶ τὴν ἐπὶ ταῦτα ἐσομένην ὁρμὴν αὐτοῦ ἐς τὴν Παιονίαν. εἰ δὲ ἀνέχεσθε τοιαῦτα πάσχοντες, διαβήσεται δὲ ἐκεῖνος παντὶ τῷ στρατῷ, δέδοικα μὴ σφαλέντες ἅπαξ τάδε πάντα ὑπ' ἐκεί- P. 296 νῳ γένηται καὶ ἡμᾶς κάκιστα ἀπολέσῃ."

Ταῦτα εἰπόντων τῶν Οὐενετῶν ὁ βασιλεὺς Παιόνων ὑπολαβὼν ἔλεγε τοιάδε. "ἄνδρες Οὐενετοί, εὖ τε λέγετε καὶ

ditis? haud quieti et ignaviae se corrumpendum tradet, verum finitimos armis appetet, eorumque regiones suae adiunget. nec moras nectendo sedebit, verum illico in finitimos arma vibrabit. nunc igitur nec vobis bellum parcet. nam conabitur, universis suis copiis fretus, in regionem vestram impetum facere, et ex ea hominum aliarumque rerum praedas agere, principes vestros turpissimae neci tradere haud cunctabitur. nam animus eius semper est implacabilis erga nostros et erga omnes eos qui Christianae religioni acquiescunt. praeterea parum pacatum animum gerit erga eum qui se benevolum et benignum offert. haud enim vos praeterit quid fecerit Vladislao principi vestro. verumenimvero veniam hic meretur Turcus, siquidem Vladislaus in praelio captus interiit. sed quid mali passus est aut quamnam iniuriam accepit ab Davide Trapezuntis rege, et ab Illyriorum et Lesbi duce, necnon ab reliquis quos omnes crudeliter necavit? si itaque contractis copiis in eius regionem irrueritis, certe brevi spiritus eius generosos, quos contra Pannoniam concepit, contuderitis. sin patienter quae ab rege inferuntur sustinueritis, transgredietur is universi exercitus robore ad vos. vereor, si deinde semel aberraveritis et parum feliciter contra eum pugnaveritis, ne universa Pannonia in eius dicionem cedat et vos crudelissime perdat"

Venetis, cum dicendi finem fecissent, in hunc modum respondit Pannonum rex. "viri Veneti, sane recte dicitis, et videmini in plu-

δοκεῖτε πρὸς πολλὰ ἄνδρες εἶναι οὐκ ἀξύνετοι, ὥστε τὰ ἄλλα τοῦ βίου καὶ ἐς τὰ δέοντα αὐτοῖς λογίζεσθαι. ἐκεῖνο δὲ οὐ δοκεῖτε ἡμῖν μεμνῆσθαι, ὡς τὸν ἐπὶ τῶν Τούρκων πόλεμον συμπαρελαμβάνομεν πολλάκις ὑμᾶς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε τιμωρεῖν, παρακαλοῦντος ἅμα καὶ τοῦ μεγίστου ἀρχιερέως, ἀλλ' ἐσπένδεσθε τῷ βαρβάρῳ καὶ ἡμῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῖ- B σθε, ἐφάσκετε δὲ ὡς οὐκ εἰκότα ὑμῶν προσδεόμεθα, κελεύοντες ἐπαμύνειν μηδ' ὁτιοῦν χαλεπὸν ἐπιδόντας ὑπὸ τοῦ βαρβάρου. καὶ ἡμεῖς δὴ οὕτω πολλάκις τὸν Ἴστρον διαβάντες ἀνήκεστα πεπόνθαμεν. καὶ πρῶτον μὲν Λαδίσλαος ὁ τῆσδε τῆς χώρας βασιλεὺς ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθός, τὸ δεύτερον αὖθις πολλοί τε ἅμα καὶ ἀγαθοὶ ἐν Κοσόβῳ τῆς Τριβαλλῶν χώρας οἱ μὲν ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον, οἱ δὲ καὶ ἑάλωσαν ὑπὸ Τούρκων. ταῦτα μέντοι ὑμῖν ἐν τῷ παρόντι ἐπιμεμφόμεθα. τιμωρεῖν δὲ ὑποδεχόμεθα αὐτίκα μάλα διαβάντες τὸν Ἴστρον, ἐς ὅσον ἐγχωρεῖ ἐν τῷ τοιῷδε βλάψαι C τὴν χώραν τοῦ βαρβάρου. ἦρος δ' ἐπιγενομένου στρατευσόμεθα ἐπὶ τὴν ἐκείνου, πειρασόμενοι ὡς ἂν διδῷ ὁ θεός. χρεὼν δὲ καὶ ὑμᾶς ἅμα ἐσβάλλοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον V. 231 βλάπτειν πειρᾶσθαι, ὅσα ἂν δύνασθε, ὡς ἂν ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν χωρίων παρέχοιμεν αὐτῷ πράγματα ἐργαζόμενοι, ἐς ἐγ-

3. ὡς ἐς τὸν ἐπὶ? an ὡς ἐπὶ τὸν? 8. ἐπιδόντες P 10. ἐπεπόνθαμεν P

rimis esse viri non admodum imprudentes, nec solum in iis quae ad quotidianae vitae usum spectant, verum et in iis quae publicam aliquando de rebus necessariis consultationem postulant. parum autem recordamini, ut videre videor, quod saepius vos cohortati sumus, ut una nobiscum expeditionem sumeretis contra Turcos: verum cohortationem nostram admittere recusastis, quamvis ad eandem rem etiam pontifex maximus vos cohortaretur. foedus pepegistis cum barbaro, nostrique nullum respectum egistis. ad haec vestra oratio erat nos parum honeste agere, iubentes vos arma contra barbarum arripere, cum nullae tamen eius in vos extent iniuriae. nos igitur saepius traiecimus Istrum, et maximas clades accepimus. primo quidem Vladislaus rex noster in expeditione Turcica occubuit, cum fuisset vir optimus. deinde iterum multi et boni viri in Cosobo regionis Triballorum partim caesi partim capti sunt ab Turcis. haec quidem hactenus vobis exprobrare libuit. caeterum parati et prompti sumus una vobiscum suscipere bellum, continuo transeuntes Istrum, et quantum possumus, evastantes regionem barbari. appetente vere bellum indicemus regi; quod quantum deus nobis opis dederit, summa fortitudine geremus. caeterum et vos simul irrumpere in Peloponnesum et molestos esse, quantum licuerit, regi oportet, ut in hunc modum

γυτάτω ἴοιμεν τῆς γνώμης, ὁμοῦ δὲ ἐγχειρίσαι περὶ τὸν πόλεμον." ταῦτα εἰπὼν καὶ παρασκευασάμενος τὰ χρήματα ἐδέξατο ἐς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους χρυσίνους.

Οὗτος μὲν οὖν οὕτω παρεσκευάσατο ἐς τὸν πόλεμον, συναγείρας δὲ στράτευμα ἐς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους,
τόν Ἴστρον τε διαβάς, ἐδῄου τὴν βασιλέως χώραν. καὶ D
ἐπιτειχισμὸν τῇ Μπελογράδῃ ὁ Σαβατίνης ἐτείχισεν, ὅτε τὴν Παιονίαν ἐλῄζετο, καὶ φρουρὰν ἐγκαταλιπὼν ἐν αὐτῇ, ἄνδρας τῶν βασιλέως θυρῶν, ἀπήλαυνε. τοῦτο μὲν δὴ τὸ ἐπιτείχισμα ὂν μάλιστα τῇ πόλει ἐπελάσας ἐπολιόρκησε· μετὰ δὲ ἐπιδραμὼν τὴν βασιλέως χώραν ἔστε ἐπὶ Σάββαν, καὶ ἀνδραποδισάμενος τὴν χώραν, Τριβαλλούς τε ἅμα καὶ Τούρκους, ἀπήλαυνε τὰ ἔμπαλιν γενόμενος ἐπ' οἴκου. λέγεται δὲ ἀπενέγκασθαι ἀνδράποδα ἀμφὶ τὰ δισμύρια.

Καὶ τὰ μὲν τῶν Παιόνων οὕτως ἐγένετο· Οὐενετοὶ δέ, 1463
ὡς καὶ τοὺς Παίονάς σφισι συμμάχους παρελάμβανον, πληρώσαντες τριήρεις πέντε καὶ τριάκοντα καὶ ναῦς τε ἅμα ὑψηλὰς δυοκαίδεκα ἔπλεον ἐπὶ Πελοπόννησον. καὶ ὁπλίτας P. 297
μὲν Ἰταλούς, ἱππέας δισχιλίους, ἐμβαλόντες ἐς τὰς ὑψηλὰς ναῦς διεπόρθμευον ἐς τὴν Πελοπόννησον· μετὰ δὲ στρατηγὸν εἵλοντο ἄνδρα ἐπίσημον τῆς Λαυρεδάνων οἰκίας, ἐπιτρέψαντες αὐτῷ τὰ πράγματα, καὶ ἐς τὰς παραλίους τάς τε ἐς

ab utraque regione negotia ei facessamus, et pari animo utrique bellum aggrediamur." his dictis accipiebat viginti quinque milia aureorum.

Quibus acceptis accingebatur ad bellum, comparans exercitum qui complectebatur viginti quinque milia virorum. transgressusque Istrum regis regionem populabatur. Sabatines murum Belgrado obiecerat, quo tutior esset, cum ex Pannonia praedas ageret; in quo relinquens praesidium virorum de ianuis abiit. hunc igitur murum quam proxime ad urbem accedens oppugnavit et diruit. dehinc incursionem faciens in regis regionem usque ad Savum, et mancipiorum praedas agens, pulsis Triballis et Turcis, domum reversus est, vehens circiter viginti milia mancipiorum.

In hoc statu res Pannonum erant. Veneti, cum Pannones in belli societatem venissent, impleverunt triremes triginta quinque et naves alias duodecim; quibus confisi contenderunt in Peloponnesum. Italos armatos et equites bis mille imposuere in naves altas, et transfretarunt in Pelloponnesum. ad id bellum crearunt virum ducem illustrem Iacobum de familia Lauredanorum, cui etiam imperium in maritimas regiones dederunt, videlicet in eas quae Ionium et Aegeum respiciunt.

τὸν Ἰόνιον καὶ ἐς τὸ Αἰγαῖον ἡγεμόνα κατεστήσαντο, κυρίον τε ποιησάμενοι διαθεῖναι ᾗ ἂν αὐτῷ δοκοίη ἐς τὸν πόλεμον ἄριστα ἔχειν. ἀπὸ δὲ τῆς Κρήτης κήρυγμα ἐποιήσαντο τοῖς ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων ἐς τοὺς χώρους καταφυγοῦσιν, ἰέναι θαρροῦντας ἐς τὸν πόλεμον. ἐγένοντο δὲ συλλεγέντες ἀμφὶ τοὺς τετρακισχιλίους, καὶ ἐς τὴν Πελοπόννησον διεπόρθμευ-
B σαν, καὶ τούς τε Πελοποννησίους παρώτρυναν ἀφιστάναι ἀπὸ βασιλέως. καὶ οἱ Πελοποννήσιοι δεινῶς δεδιότες, προσέφερον λόγους, τόν τε Ἰσθμὸν τειχίζειν, ὡς ταύτῃ ἀποληψόμενοι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι βασιλέως νεήλυδας, καὶ ἀπογνόντας παραδωσομένους σφᾶς, ὥστε ἀπαθεῖς ἀπιέναι. ἡ μὲν οὖν Λακωνικὴ καὶ τὸ Ταίναρον καὶ οἱ ἀμφὶ Ἐπίδαυρον ἀπέστησαν αὐτίκα ἐπιόντων τῶν Οὐενετῶν, καὶ οἱ Ἀρκάδες καὶ Πελληνεῖς· ὁ δὲ Πελοποννήσου ὕπαρχος, ἐν Λεοντίῃ τῆς Μεγαλοπόλεως διατρίβων, ἐσκόπει ᾗ ἕκαστα προβήσεται, καὶ κήρυκα πέμπων ἐς βασιλέα ἐδήλου ὡς Οὐενετοὶ τήν τε χώραν ἀφιστάντες πολεμοῦσι, καὶ τὸ Ἄργος ἐπιόντες ἀπὸ Ναυπλίου διὰ τῆς ἠπεί-
C ρου καὶ διὰ θαλάσσης ἐπολιόρκουν προσβαλόντες καὶ ἐπειρῶντο ἑλεῖν. ἐνῆσαν δὲ τοῦ βασιλέως πεντήκοντα νεήλυδες καὶ ἁρμοστὴς τούτων, οἳ προσεχώρησαν τοῖς Οὐενετοῖς καθ' ὁμολογίαν, καὶ ἀφῆκαν ἀπαθεῖς ἀπιέναι. οὗτοι μὲν οὕτω διέφυγον μὴ ἀπολέσθαι, καὶ τὸ Ἄργος παραλαβόντες Οὐενετοὶ φρουράν τε ἐγκατέλιπον καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ. ἔνθα δὴ συ-

huic plenam rerum gerendarum potestatem permittunt, nempe ut ad eum modum bello utatur quo sibi res Venetorum optime habere viderentur. edictum missum est in Cretam, ad eos qui capitalibus criminibus irretiti ad ea loca confugerant, ut audacter, nihil metuentes, in hanc expeditionem venirent. hi erant numero in unum collecti quater mille; et in Peloponnesum traiecerunt, ut Peloponnesiacos ad defectionem ab rege impellerent. verum Peloponnesiaci magna in formidine constituti, inter se varia collocuti, statuerunt Isthmum muro circumvenire, ut eo modo peregrinos regis, qui in urbibus erant, interciperent. peregrini namque iam desperarant (ut qui semetipsos proditos crederent) se posse illaesos et salvos praesentem necessitatem effugere. Laconia, quique Taenarum et Epidaurum tenebant, necnon finitimi illico accedentibus Venetis ab rege desciverunt. hos secuti sunt Arcades et Pellenenses. Peloponnesi praefectus in Leontia Megalopolis moratus expectabat rei eventum. nuntium ad regem dimisit qui nuntiaret Venetos in armis esse et regionem ad defectionem sollicitare. Veneti terra marique ab Nauplio properabant Argos; quam urbem aggressi oppugnabant. oppidani conabantur transitionem facere. erant in ea urbe peregrini milites regis quinquaginta,

νέχθη αὐτοῖς τοιόνδε. ὡς γὰρ ἐπεκράτησαν τοῦ Ἄργους, καὶ βοήθειαν ἔπεμπον, ἐπιτρέψαντες ἀνδρὶ Ἱερωνύμῳ Βερνάρδων γένους, καὶ ἐπιτείλαντες ὡς ἂν διὰ τοῦ αἰγιαλοῦ προϊὼν ἀφίκοιτο ἐς τὸ Ἄργος. ὁ δὲ ἀπειθήσας ᾔει τὴν μεσόγαιαν, φέρουσαν διὰ τῆς ὑπωρείας. ἐνταῦθα οἱ Τοῦρκοι προλοχίσαντες D τὴν ἐπὶ τῷ Ἄργει ὁδόν, καὶ ὑπείσαντες ἄνδρας ἑκατόν, V.232 ἀνέμενον εἴ τι ἀπίῃ ἐς τιμωρίαν φέρον τοῖς Ἀργείοις. ὡς δὲ ἑώρων τὸν Ἱερώνυμον ἄγοντα τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τὸ Ἄργος διὰ τῆς μεσογαίου, ἔφθησαν, τήν τε ὑπώρειαν καὶ τὸν αἰγιαλὸν καταλαβόντες, ἐν μέσῳ ποιήσασθαι τὴν Οὐενετῶν βοήθειαν. καὶ ὡς ἐποίησαν, ἐτρέψαντο αὐτίκα τούτους, καὶ διαφθείραντες ἐς διακοσίους τούτους ἐζώγρησαν. αὐτός τε Ἱερώνυμος P.298 διέφυγε μὴ ἀπολέσθαι. ἐμβὰς δὲ ἐς πλοῖον ταύτῃ που ὁρμιζόμενον, ἐπηγγέλλετο ὡς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ παρείη πλεύσων τὴν Αἴγιναν. ὡς δὲ ἐπὶ Αἴγιναν ἀφίκετο, αὖθις ἐκέλευεν αὐτὸν διαπορθμεῦσαι ἐς Εὔβοιαν. ἐπιβὰς δὲ ἐς τὴν Ἀττικήν, ἐντεῦθεν ἀφίκετο παρὰ βασιλέα.

Οὗτος μὲν οὖν οὐ πολλῷ ὕστερον αὖθις ἐς τοὺς Οὐενετοὺς ὑποστρέψας χαλεπὰ ἐπεπόνθει. οἱ μέντοι Οὐενετοί, ὡς προϊσχομένων τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ Ἑλλήνων τε ἅμα καὶ

una cum duce suo; qui condicionibus quibusdam intercedentibus se Venetis dedidere, quos passi sunt abire inviolatos et incolumes. hoc modo isti exitium imminens evaserunt. Veneti Argo urbi, quae in dicionem venerat, praesidium imposuerunt, relicto ibidem et duce. ubi huiusmodi casus Venetis accidit. ut enim potiti sunt Argo, submiserunt auxilium duce Hieronymo de familia Bernardorum; cui praeceptum erat ut per littus auxiliares ducens pergeret Argos. is contempto imperio magistratus auxiliare agmen ducit per mediterraneam regionem, iter faciens per radicem montis. ibi tum Turci locum insidiis praeoccupantes in itinere quod fert Argos, submittentesque viros centum, expectarunt, si qua occasio daretur ulciscendi Argivos. ut conspicati sunt Hieronymum iter metiri per mediterraneam regionem, praevenerunt montis radicem, et occupato littore Venetorum auxiliares in medio conclusere. hinc ex insidiis exurgentes Venetos continuo in fugam coniecere, caesis ducentis totidemque captis. Hieronymus fuga evasit impendens discrimen. ingressus autem navem, quae forte eo appulerat, dicebat se ab duce Veneto advenisse, ut proficisceretur in Aeginam. ut in Aeginam venit, nautam navem solvere et cursum in Euboeam dirigere iubet. dehinc egressus est in Atticam, et inde ad regem iter flexit.

Is haud multo post reversus ad Venetos graves poenas spreti et contempti imperii dedit. Graeci qui erant in Peloponneso, et Albani, necnon Rhasicus et Petrus Claudus, haud cessabant consulere

Ἀλβανῶν, καὶ κελευομένων αὐτῶν καὶ Ῥασίκου καὶ Πέτρου
B τοῦ χωλοῦ, ὡς εἰ τὸν Ἰσθμὸν τειχίσαιεν, αὐτίκα ὄντες οἱ Πελοποννήσιοι ἀποστήσονται καὶ ἐπ' αὐτοὺς χωρήσουσι· μέγα γάρ τι προσφέρειν τοῦτό σφισιν ἐς τὴν ἀπόστασιν. ἐδόκει δὲ ἰόντας πανστρατιᾷ φράγνυσθαι τὸν Ἰσθμὸν καὶ διαπειρᾶσθαι τῶν ἐν τῇ Πελοποννήσῳ. ἀφικομένων δέ, λίθους συντιθέντες ἐπῳκοδόμουν, ὡς ἂν ἀποπειρώμενοι τῶν Πελοποννησίων γνώσωσιν, εἰ προσχωροίη καὶ ἡ Κόρινθός σφισι, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς Πελοποννήσου αὐτίκα χωρήσουσιν ἰόντες ἐς αὐτούς. ὡς δὲ ἐπῳκοδόμησάν τε τὸν Ἰσθμόν, καὶ αὐτοὶ ἀναλαβόντες τὰ ὅπλα ᾔεσαν ἐς τὴν Κόρινθον, ἐξηγουμένων τῶν Κορινθίων ἐς τὴν προσβολήν. τηλεβόλους τε καθίστασαν ἐς
C τὴν ἀκρόπολιν, καὶ προσεβάλλοντο μαχόμενοι ἀξίως λόγου. χειμὼν δὲ ἐπιγενόμενος ἐκώλυσέ τε αὐτοὺς προκαθέζεσθαι, καὶ ἀπιόντες ἐντεῦθεν ᾤχοντο ἄπρακτοι. ὡς δὲ πιεζόμενοι οἱ Οὐενετοὶ τῷ χειμῶνι χαλεπῶς ἔφερον τὴν ἐν τῷ Ἰσθμῷ διατριβήν, καὶ οὔτε ἡ Κόρινθος προσεχώρει οὔτε ἡ Ἀχαΐα ἀφίστατο, ἐπελάσαντος ἀνδρὸς Ῥάλεω τοὔνομα Ἕλληνος καὶ αὐτοῦ τελευτήσαντος ὑπὸ Τούρκων ἐπεξιόντων τε καὶ ἀμυνομένων, καὶ οὔτε δὴ τἆλλα προσεχώρησέ σφισι πλὴν τῶν τὴν Σπάρτην οἰκούντων ἐξαπατηθέντων ὑπὸ Ἕλληνος νεανίου, Γρίτζα τοὔνομα

2. ἰόντες? an πάντες?

Venetis ut Isthmum muro includerent. hoc enim facto aiebant Peloponnesiacos illico defecturos ab rege et ad Venetos transitionem facturos. nam plurimum momenti ad defectionem rem eam habere. visum est igitur ut cum universis copiis opus aggrederentur, Isthmumque obstruerent, an vel isto modo ad defectionem inclinaturi essent Peloponnesiacorum animi. advenientes ad opus praedictum lapides et saxa congerebant, opusque incredibilem in morem brevi crescebat. et tentantes animos Peloponnesiacorum, periculum faciebant si et Corinthum ad defectionem accendere possent. quod si contingeret, reliquas Peloponnesi urbes statim transitionem facturas. Isthmi muro exaedificato, arreptis armis pergebant contra Corinthum. praeeuntibus quibusdam Corinthiis, ostendentibus ubinam urbem aggredi deberent, bombardas ponebant ex adverso arcis, urbisque oppugnationem aggrediebantur, certantes magna cum gloria. verum hiems frigoribus intoleranda eos ab obsidenda urbe abduxit. quapropter discedentes nihil tanto apparatu dignum effecere. itaque Veneti hiemis iniquitate pressi, animo iniquo moram in Isthmo ferebant. nec Corinthus transitionem fecit, nec Achaia descivit, quamvis ad eos missus foret vir Graecus nomine Raches; qui ab Turcis egredientibus et resistentibus interfectus est. nec reliquae urbes, praeter eos qui Spartam incolebant, deditionem faciebant: nam Spartanis impo-

ἔχοντος, δεινόν τε ἐποιοῦντο προσμένειν τε αὐτῷ τῷ Ἰσθμῷ καὶ οὐδέν τι πράττεσθαι ἀνύοντας ἐς τὴν τῆς Πελοποννήσου καταστροφήν. ἠγγέλλετο δὲ καὶ Μαχουμούτης ὁ τοῦ βασι- D λέως ἡγεμὼν στρατῷ μεγάλῳ ἐπιέναι σφίσιν ἐς τὸν Ἰσθμόν. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ἠγγέλλετο ἐλαύνων ἐπὶ τὸν Ἰσθμόν, ἔγνωσάν τε ἀπολιπεῖν τὸν Ἰσθμόν, οὐδέν τί σφισιν αὐτοῖς πρόσφορον ἐς τὰ παρόντα, καὶ ἰόντας ἐς τὰς πόλεις κρατύνειν τε αὐτὰς καὶ ἀμύνασθαι κατὰ τὸ καρτερόν, ἢν ἐπίωσιν οἱ περὶ Μαχουμούτη τε ἅμα καὶ οἱ περὶ βασιλέα.

Ὡς γὰρ ἀγγελία ἀφίκετο βασιλεῖ τοὺς Οὐενετοὺς τειχί- P. 299 ζειν τε τὸν Ἰσθμόν, πληρώσαντας τριήρεις ἐς τεσσαράκοντα νηῶν δὲ ὑψηλὰς δυοκαίδεκα, καὶ ὁπλίτας ἐπαγομένους ἀπὸ Ἰταλίας, καὶ ἀπὸ Κρήτης στρατὸν ἄλλον, μεγάλως παρασκευάσασθαι αὐτοὺς ἐς τὴν τῆς Πελοποννήσου καταστροφήν, πέμπει V. 233 Μαχουμούτη συμπαραλαβόντα τὸν τῆς Εὐρώπης στρατόν, πλὴν τῶν πρὸς τοὺς Παίονας τεταγμένων, ἐλαύνειν εὐθὺ Πελοποννήσου, καὶ εἰ μέν τι αὐτὸς οἷος ἀνύσαι ἐς τὸν πρὸς Οὐενετοὺς πόλεμον, καθελεῖν τε τὸν Ἰσθμὸν καὶ ἐσβαλεῖν ἅμα ἐς τὴν Πελοπόννησον, εἰ δὲ μή, καὶ αὐτῷ ἀπαγγέλλειν, ὥστε κατὰ πόδας ἐλαύνειν. ὁ μὲν τῶν θυρῶν ἡγεμὼν Μα- B χουμούτης παραλαβὼν τὸν τῆς Εὐρώπης στρατὸν ἤλασε μέ-

4. ἀπιέναι P   12. νῆας?   17. τοι P

situm erat ab iuvene Graeco nomine Gritza. Venetis iam omnis mora in Isthmo intoleranda erat, cum viderent se nequicquam laborare ut Peloponnesus subiiceretur. nuntiabatur interea Machumetes regius praefectus, magnis copiis instructus in Isthmum contendere, spirans caedes Venetorum. etiam fama ferebatur regem cum exercitu Machumetem, ut ei subsidio venire posset, si res postularet, subsequi. decreverunt itaque magno consensu Isthmum deserere, ut cuius parvus in praesentiarum esset usus. digressi Isthmo contendebant in urbes, quas praesidiis munimentisque aliis firmabant, ut regis et Machumetis vim, si accederent, propulsare possent.

Rex ubi cognovit Venetos muro circumvenisse Isthmum et implesse triremes quadraginta et naves altas duodecim, praeterea armatos Italos adduxisse et ab Creta alium exercitum, quibus omnibus freti id unicum spectarent ut Peloponnesum subigerent, haud amplius cunctandum ratus Machumetem iussit accipere Europae exercitum, praeter eum qui Pannonibus oppositus erat, et recta proficisci in Peloponnesum. praeterea imperat, si quid posset efficere in bello contra Venetos, eniteretur destruere Isthmum et deinde irruptionem in Peloponnesum facere. quodsi haec parum procederent, se succenturiatum fore; et si quid renuntiaret, continuo in iisdem vestigiis subsecuturum. Machumetes ianuarum dux cum Europae exercitu profe-

χρι Θετταλίας ἐς Πηνειόν, καὶ ἐστρατοπεδεύετο παρὰ Λαρίσσῃ τῇ πόλει. συμβούλῳ δὲ ἐχρῆτο μὲν Ὀμάρῃ τῷ Τουραχάνεω Θετταλίας ὑπάρχῳ. ἀπετρέπετο δὲ μὴ ἐς τὸ πρόσω ἐλαύνειν, ἀλλὰ βασιλεῖ ἀναγγέλλειν ὡς ἡ παρασκευὴ μείζων ἢ κατὰ τὸν βασιλέως ἡγεμόνα· αὐτὸς γὰρ στρατεύματι πρόσθεν ἐγγύτατα τοῦ Ἰσθμοῦ ἀφικόμενος τηλεβόλους τε ἀφεώρα πλείους ἢ δισχιλίους καὶ τηλεβολιστὰς τετρακοσίους καὶ τοξότας καὶ πελταστάς, καὶ μηδενὶ αὐτοὺς αὐτοῦ ἐν τῷ Ἰσθμῷ
C ἐπιτρέψαι ἂν στρατοπεδεύσασθαι. ταῦτα ἀκούσαντα τὸν βασιλέως ἡγεμόνα, ἐδόκει βασιλεῖ μὲν καταλαμβάνοντα τὴν Πελοπόννησον ἀπαγγέλλειν, αὐτοὺς δὲ ἀναζεύξαντας ἰέναι ἐς τὸ πρόσω ἐς Λεβαδίαν. βασιλεὺς μέν, ὡς ἀγγελία αὐτῷ ἀφίκετο τήν τε παρακευὴν μεγάλην τε εἶναι καὶ ἀξιόχρεω, λέγεται δὲ αὐτῷ καὶ γράμματα ἐλθεῖν ἀπὸ Πελοποννήσου ἐποτρύνοντα, ὡς ἢν ἐπίῃ, οὐ μενοῦσιν αὐτὸν ἐπιόντα οἱ Οὐενετοί. τὰ γράμματα ἐνέγκαι αὐτῷ ἄνδρα Ἀλβανὸν ἀπὸ Κορίνθου, σκάφει τὸ πέλαγος νυκτός, τηρήσαντα πνεῦμα, ὡς οὔρου κατασταμένου, καὶ νυκτὸς ἀπαίροντα διαπεραιώσασθαι ἐς Βοιωτίαν, ἀποβάντα ἀφικέσθαι παρὰ Μαχουμούτῃ ἐς Θετταλίαν.
D τὸν δὲ ἐπιφρασάμενον τὰ γράμματα, συσκευασάμενον ἐντεῦθεν ἐς τὸ πρόσω ἐλαύνειν, ἐλάσαντα ἀγχοῦ Βοιωτίας, ἀφικνεῖται ἀγγελία ὡς Οὐενετοὶ τόν τε Ἰσθμὸν ἐκλελοιπότες

ctus est in Thessaliam usque ad Peneum, et castra prope Larissam urbem posuit. eo in bello consiliario utebatur Omare Thessaliae praefecto, qui Machumeti consulebat ut subsisteret nec ulterius moveret, sed regi significaret belli molem maiorem impendere quam cui regius dux sufficere vel par esse possit. nam cum paulo ante quam proxime ad Isthmum speculator accessisset, bombardas conspicatus est plures quam bis mille, praeterea bombardarios quadringentos; necnou sagittarios et scutigeros vidit, qui haud facile cuiquam concessuri sint castra in Isthmo locare. haec cum accepisset regis dux, visum est regi indicare, ut Peloponnesum opprimeret: se vero profectionem ulterius facturos Lebadiam usque. nuntius igitur ad regem venit, qui nuntiabat apparatum belli esse magnum et memorabilem. litterae etiam ab Peloponneso allatae sunt, quibus incitabatur ut cnm copiis accedere maturaret: Venetos enim eos adventum nequaquam expectaturos. litteras has ad eum pertulit vir quidam Albanus, qui ab Corintho noctu solvens scapha traiecit mare, observans maris tranquillitatem et ventos secundos, et in Boeotiam appulit. hinc egressus navi venit ad Machumetem in Thessaliam. Machumetes cum litteras legisset, in Peloponnesum abire statuit. ubi venit in loca Boeotiae propinqua, accessit nuntius qui referebat Venetos relicto

ᾤχοντο φεύγοντες. οὕτω δὴ ἑσπέρας οὔσης συσκευασάμενος,
ἀπὸ τῆς Πλαταίας χώρας πρὸς Κιθαιρῶνα νυκτὸς διαπορευ-
θείς, ἕωθεν ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρῆν, καὶ τάς τε νῆας ἀφεώρα
ἤδη ἀναγομένας, καὶ τὸν Ἰσθμὸν ἔρημον καταλαβὼν παρελ-
θὼν εἴσω ἐστρατοπεδεύετο. ἐντεῦθεν διὰ τῆς Κορίνθου διιὼν
ἀφίκετο ἐς Ἄργος. τὸ δὲ Ἄργος κατεῖχον οἱ Οὐενετοί, φρουρὰν
ἐν αὐτῷ ἐγκαταλιπόντες ἐφύλαττον. τούτους μέν, ὡς ἐπολιόρκει P. 300
ἐπελάσας, παρεστήσατο, καὶ τοὺς ἄνδρας δεσμίους ἀποπέμπων
ὡς βασιλέα, ἄνδρας τε ἑβδομήκοντα. αὐτῷ μέντοι τῷ βασι-
λεῖ οὐκέτι ἐφαίνετο, ἄρας ἐς τὴν Πελοπόννησον ἐσβαλεῖν καὶ
τὰ στρατεύματα αὐτῷ κάμνειν· ἄρτι ὡς ἐπύθετο καταλη-
φθῆναι τὸν Ἰσθμόν, ἀπήλαυνεν ὀπίσω ἐπὶ τῶν βασιλείων.
Μαχουμούτης δὲ ὁ ἡγεμὼν προϊὼν διὰ τῆς Τεγέης ἀφίκετο
ἐς Λεοντάριον πόλιν, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύσατο. ἐντεῦθεν
ἀποστέλλει Ζάγανον, ὃν ἐπέστησεν ἄρχοντα τῇ Πελοποννήσῳ,
ἐκβαλὼν Ἰησοῦν τὸν Ἀλβάνεω παῖδα. τοῦτον δὲ τὸν Ζάγα-
νον πέμπει ἐς Πάτρας τῆς Ἀχαΐας καὶ ἐς τὰς ἄλλας αὐτοῦ B
ταύτῃ πόλεις, ἐχυρῶσαί τε τὰς ἀκροπόλεις σιτίοις τε καὶ τῇ
ἄλλῃ παρασκευῇ. Ὀμάρῃ δὲ ἐκέλευσεν ἀναλαβόντα τὸν στρα-
τόν, ὡς δισμυρίους, ἐπιδραμεῖν τὴν Οὐενετῶν χώραν. οὗτος
μὲν οὖν παραλαβὼν τὸ στράτευμα ἀφίκετο ἐς τὰ περὶ τὴν
Μεθώνην χωρία, καὶ πολίχνην παραστησάμενος, τοὺς ἀνθρώ- V. 234

4. ἀπαγομένας P

Isthmo fuga dilabi. collectis itaque omnibus ab Plataearum regione Cithaeronem veniens, quem noctu superavit, prima luce in Isthmo erat, et Venetorum naves in mare deductas contemplabatur. inveniens autem Isthmum ab Venetis desertum, ingressus ibidem castrametatus est, deinde per Corinthum profectus Argos. eam urbem defensabant et tenebant Venetorum praesidiarii milites, quos omnes oppugnans cepit, et vinctos, cum numero forent septuaginta, ad regem misit. caeterum rex consilium abeundi in Peloponnesum abiecerat: nolebat enim, cum accepisset Isthmum occupatum esse, in Peloponnesum contendere, parcens exercitui, ne nimium et frustra defatigaretur; sed retro in regiam abiit. Machumetes regius dux per Tegeae regionem iter faciens Leontarium venit, ubi et castra communivit. inde mittit Zaganum, quem principem Peloponneso constituit, eiecto ex eo magistratu Iosue Albanis filio, Patras Achaiae et in alias finitimas urbes, ut arces frumento et munitionibus bellicis firmaret. Omarem iubet assumere exercitum qui continebat viginti milia militum, et incursiones facere in Venetorum regionem. is imperata impigre faciens cum exercitu venit in loca Methonae finitima, captoque ibidem oppidulo oppidanos omnes ad ducem Machumetem abduxit,

πους ἀπάγων παρεδίδου τῷ ἡγεμόνι. οὗτοι μὲν οὖν ὡς ἀνήχθησαν ἐς βασιλέα, σύμπαντες, ἐς πεντακοσίους γενόμενοι, ἀπέθανον ἐς δύο τμηθέντες. λέγεται δέ, ὡς ἐν Βυζαντίῳ τὰ σώματα αὐτοῦ ταύτῃ ἔκειτο ᾗ ἐπιτάξαντος τοῦ βασιλέως ἐς C δύο γενόμενα ἔπεσε, βοῦν τῶν ἐς τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐξελθόντα ἔωθεν ἐκ τῆς φάτνης καὶ ἀπελθόντα ἐς τὰ σώματα, γοερόν τι φθεγξάμενον, ἐξελέσθαι τὸ ἡμίτομον ἑνὸς τῶν σωμάτων καὶ φέροντα θέσθαι ἐκτὸς τῶν σωμάτων, μετὰ δὲ ὑποστρέψαντα ἐπιδεξόμενον ἐξευρεῖν τὸ ἄλλο ἡμίτομον, καὶ ἐξενεγκόντα συνθέσθαι ἅμα ἄμφω τὼ ἡμιτόμω. ὑποθορυβούντων δὲ τῶν εἰς ἐκείνην τὴν χώραν, τὰ περὶ τὸν βοῦν πυθέσθαι βασιλέα Μεχμέτην, καὶ πυθόμενον ὡς εἴη ἀληθῆ τὰ περὶ τὸν βοῦν, πειράσασθαι τῇ ὑστεραίᾳ τὰ ἡμίτομα τοῦ σώματος ἀφελόμενον ἐκ τοῦ χωρίου ἐς τὰ σώματα αὖθις καταθέσθαι, ἀνὰ μέρος τιθέμενον τὰ ἡμίτομα. οὕτω δὲ αὖθις τὸν βοῦν ἐξιόντα, ὡς οὐχ εὗρε τὰ ἡμίτομα ᾗπερ ἐξέθετο, ἀναβοήσαντα ἐπιδραμεῖν D αὖ ἐς τὰ σώματα, καὶ ζητήσαντα ἐξενεγκεῖν τοῦ σώματος τὰ τεμάχια, καταθέμενον χωρὶς ἀπὸ τῶν σωμάτων. τὸν μὲν οὖν βασιλέα θαυμάσαντα κελεῦσαι ἀνελομένους θάψαι τὰ ἡμίτομα, τὸν δὲ βοῦν ἐς τὰ βασίλεια ἀγαγέσθαι, περιέποντα εὖ. τὸ μέντοι σῶμα λέγεται γενέσθαι τῶν Ἰλλυρίων, οἱ δὲ τῶν Οὐενετῶν. δοκεῖ δὲ τοῦτο οἰωνὸν φέρειν ἐς τὰ τὸ γένος τοῦ

eique tradidit. hi omnes, cum numero forent quingenti, exinde ad regem perducti, crudeliter in duas partes dissecti occubuere. fama constans habet, cum cadavera peremptorum Byzantii eo loci essent proiecta quo rex iusserat in duas partes conscissa exponi, bovem quendam in eum locum egressum et visis cadaveribus flebilem in modum vocem mugiendo exaltasse, postea medietatem unam cadaveris sustulisse. deinde reversum etiam alteram cadaveris medietatem abstulisse, et ambas medietates deinceps compcsuisse. stupentibus autem et mirantibus factum, qui in eo loco erant, evenit ut eius rei rumor etiam ad regem volaret Mechmetem. qui ubi rei veritatem ex iis qui praesto fuerant comperit, cadaveris medietates ad eum locum ex quo eas tulerat bos reportavit, et a se invicem dissitas collocavit, periculum facturus an bos rediturus sit. at bos iterum in eum locum veniens, ubi abesse medietates cadaveris et remotas sensit, magno clamore redit ad cadavera, fragmenta cadaveris diligeuter conquirit, et ab reliquis separatim ponit. rex rei miraculo obstupefactus cadaveris medietates sepulturae tradi mandavit. bos in regiam ductus optime habitus est. quidam tradunt cadaver illud fuisse Veneti cuiusdam, quidam Jllyrii fuisse docent. caeterum apparet id quasi

σώματος ἐκείνου, καὶ ἐπὶ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι εὐδαιμονία εἰς ἐκεῖνο τὸ γένος.

Τοῦτο μὲν ἐν Βυζαντίῳ γενέσθαι ἐπυθόμεθα· ὁ δὲ τῶν θυρῶν ἡγεμών, ὡς οὐχ ὥρα ἐδόκει αὐτῷ εἶναι προσβαλεῖν ταῖς πόλεσι, κατέλιπεν μὲν ἐν τῇ Σπάρτῃ Ὀμάρῃ καὶ ἅμα αὐτῷ Ἀσάνῃ, ὡς λόγους τε ἐς τοὺς Σπαρτιάτας πέμποιεν. P. 301 καὶ ὑποστρέψαντες ἐς τὰ οἰκεῖα ἀπό τε τοῦ Ταινάρου καὶ Ἐπιδαύρου καὶ τῶν ἄλλων χωρίων, ἵνα αὐτίκα πυθόμενοι τοὺς Οὐενετοὺς ἐκλιπεῖν τὸν Ἰσθμόν, καὶ διενοοῦντο ἐπιόντες οἱ τοῦ ἡγεμόνος ἀμύνασθαι. οὗτοι μὲν οὖν ἀφικόμενοι ἐς τὴν Σπάρτην λόγους τε τοῖς Σπαρτιάταις προσέφερον, καί τινας ἐν ἐρυμνοῖς αὐτοῦ ταύτῃ ὄντας πείσαντες κατῴκισαν αὖθις ἐς τὴν πόλιν. καὶ τοῖς ἐν Ταινάρῳ καὶ τῇ Λακωνικῇ πέμπων ὁ Ἀσάνης παρεκάλει, λέγων τάδε. "ἄνδρες Σπαρτιᾶται, ὁρᾶτε δήπου οἷα τὰ Οὐενετῶν πράγματα κατενήνεκται, ἐξ ὅτου πόλεμον βασιλεῖ ἀναιρούμενοι ἐνταῦθα, ἵνα τῆς δυνάμεως αὐτῶν μέγα μέρος ἐπιδείξαιντ' ἂν μάλιστα ἐν Πελο- B ποννήσῳ, ὡς ἐτελεύτησεν αὐτῷ τὰ περὶ τὸν Ἰσθμὸν καὶ ἄλλην χώραν τῆς Πελοποννήσου, ἔνθα τοῦ βασιλέως ἡ δύναμις ἐκποδών τε ἀπῴκισται, καὶ αὐτῶν γε δὲ τῶν Οὐενετῶν ἡ δύναμις ἐς τὰ μάλιστα ἤθροισται. εἰ γὰρ τὸν βασιλέως θεράποντα ἐπιόντα σφίσιν οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο δέξασθαι, τί ἂν

12. κατῴκησαν P

esse omen maximae felicitatis, quae apprehensura sit eam gentem ex qua illud cadaver descendit.

Hoc quidem Byzantii contigisse audivimus. ianuarum dux ubi animadvertit parum opportunum esse urbes oppugnare, Spartae reliquit Omarem et Asanem, ut colloquium haberent cum Spartanis. hi enim, ubi intellexerant Venetos Isthmo decessisse, ab Taenaro et Epidauro et ab aliis locis ad sua reversi conabantur sua defendere. at illi Spartam venientes sermonem cum Spartanis habuere. quibusdam etiam, qui in locis munitissimis se tenebant, persuasere ut redirent in urbem. caeterum mittens Asanes ad eos qui versabantur in Taenaro et Laconia, sic eos adhortatus est. "viri Spartani, videtis nimirum, nisi caeci estis, quo loci Venetorum res redactae sint, ex quo bellum regi indixerunt et maximam potentiae suae partem in Peloponneso ostentarunt. praeterea haud vos fugit quid in Isthmo, et in reliqua Peloponnesi regione iis acciderit, quamvis regiae copiae quam longissime fuerint remotae, et ipsi quam maxime in unum collecti. si regium servum hostiliter adeuntem sustinere nequiverunt, quid futurum erat, si rex ipse una cum ianuis in Peloponnesum impetum dedisset? profecto nullus locus in Peloponneso fuisset reli-

γένοιτο, εἰ βασιλεὺς σὺν ταῖς θύραις αὐτοῦ ἐσβάλλοι ἐς Πελοπόννησον; ἢ δῆλα ὡς οὐκ ἂν ἔτι σφίσιν αὐτοῖς ὑπόλοιπον ὑπολειφθείη ἐν Πελοποννήσῳ χωρίον, ὃ μὴ ἀνάστατον γένηται ἀπολούμενον ὑπὸ τοῦ βασιλέως. νῦν, ὡς ἐν Θερμοπύλαις ἀφικόμενος ἐπύθετο ὡς ἀπολιπόντες τὸν Ἰσθμὸν οἴχοντο οἱ C Οὐενετοί, ὡς ἦρος ἐπιφανέντος αὐτίκα ἵν' ἔλθωσιν ἐπὶ Εὔβοιαν, καὶ τάδε πάντα ὑφ' αὐτῶν ποιησόμενοι. εἰ οὖν παρέχοντος βασιλέως συγγνώμην ἐφ' οἷς ἐξηπατήθητε ὑπὸ τῶν κάκιστ' ἀπολουμένων Πελοποννησίων, τῶν πρὸς Οὐενετοὺς τε- V.235 τραμμένων καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ὑγιὲς τῇ χώρᾳ τῇδε διανοουμένων· οἶδα γὰρ ὡς ἐπετέλλετο βασιλεὺς τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου μηδὲν μηδαμῶς ἀεικὲς ἐπιφέρειν, ὥστε ἀνδραποδίζεσθαι ἢ ἄλλο τι ἀνήκεστον ποιεῖν, ἀλλ' ἐμμενόντων, ὑποστρέφοντες ἐς τὸν χῶρον αὐτοῦ ἕκαστος καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα. καὶ εἰ μὴ τοῦτο πείσονται, καὶ αὐτὸς ἅμα τοῖς Οὐενετοῖς περιόψεται, πέμπων αὐτοὺς ταῦτα ἁμαρτάνοντας. οἱ μὲν ἐπείθοντο, καὶ κρύφα τῶν D Οὐενετῶν ὑποστρέφοντες ἔμενον ἐν τοῖς οἰκείοις. οἱ δὲ δεινῶς κατεχόμενοι ἐν τῷ Ταινάρῳ ἔπεμπον, πεύσεσθαί τι ἀπὸ Παιόνων. οἱ γὰρ Οὐενετοὶ τούς τε Πελοποννησίους καὶ τοὺς ἑτέρους παραμυθοῦντες, ὡς οἱ Παίονες ἐξέλθωσιν αὐτίκα ἀπὸ τοῦ Ἴστρου, καὶ αὐτοὶ ἀναβῆναι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. ἀπελαύνοντος μέντοι τοῦ ἡγεμόνος τοῦ βασιλέως, αὐτῶν Οὐενετῶν τριή-

12. ἢ om P

ctus, qui ab belli iure mansisset intactus, verum belli tempestas omnia foedissime dissipasset. rex ut Thermopylas attigit, audivit Venetos relicto Isthmo abiisse, ut appetente vere redirent in Euboeam et ista loca omnia in dicionem acciperent. nunc si veniam, ad quam vobis tutus receptus est, eorum quae commisistis turpiter, decepti a pessimis Peloponnesiacis, qui nihil sani regioni isti consuluere, amplexi fueritis, scio (sic enim praecepit rex) vos nihil mali passuros; nec ad mancipiorum miserandam condicionem deducemini, nec aliud quicquam mali experiemini. proinde si placet veniam oblatam admittere, singuli ad sua revertantur. quodsi oblatam veniam respueritis, profecto rex vos, quemadmodum et Venetos, hostium loco habebit." his cognitis quidam eorum qui in regem deliquerant, veniam non sunt aspernati; et clam deficientes a Venetis ad sua sunt dilapsi. quidam vero qui graviter obsidebantur in Taenaro, miserunt nuntios, ut quid pararent Pannones audirent. nam Veneti consolari haud cessabant Peloponnesiacos et alios, dicentes "ubi primum Pannones ab Istro fuerint progressi, nos cum classe in Hellespontum revertemur." regius dux Machumetes cum abiisset, Venetorum triremes appulerunt in Lemnum, impulsu

ρεις ἀνῄεσαν ἐς Λῆμνον ἐποτρύνοντος τοῦ Κομνηνοῦ, ἀνδρὸς ἀρίστου, καὶ αὐτοῦ ἐν τῇ Λήμνῳ τὴν ἀκρόπολιν κατακρατοῦντος καὶ τὴν πάλαι πολίχνην τῆς Λήμνου ὑφ' αὑτῷ ποιησαμένου. ἐς λόγους δὲ ἐλθόντες οἱ τῆς Λήμνου προεστῶτες ὥστε χρήμασιν ἐξωνήσασθαι τὸ χωρίον, ἔφθησαν οἱ Οὐενετοὶ παραλαβόντες τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τόν γε ἄνδρα τοῦτον ἀγα- P. 302 *θὸν γενόμενον μετεπέμψαντο ἐς τὸν Ἰσθμόν. τούτου δὴ οὖν ὑποτιθεμένου ἀνέπλευσαν ἐς τὴν Λῆμνον οἱ Οὐενετοί, καὶ αὐτός τε ἀπὸ τῆς ἠπείρου στρατῷ ἐπελάσας, ἀπήλαυνεν ἕκαστος τῆς πόλεως. καὶ ὡς ἀνέπλευσαν, παρέλαβον πόλιν τὴν Κέρκηδαν, καὶ τούς τε ἄρχοντας Τζαμπλάκονας ἀφῆκαν, φρουράν τε ἐγκαταλιπόντες, καὶ ἐπισιτεῖσθαί σφίσι τε αὐτοῖς καὶ ταῖς ἐν τῇ Πελοποννήσῳ πόλεσι. καὶ ᾤχοντο ἀπιόντες ἐπὶ Πελοπόννησον. ταῦτα μὲν τοῦ χειμῶνος τούτου ἐς τὴν Πελοπόννησον ἐγένετο.*

Comneni viri optimi, qui ibidem in Lemno arcem tenebat. venientes autem Lemni primores urbis collocuti sunt inter se, ut locum eum Venetis venderent. caeterum Veneti praevenerunt eos, occupantes arcem et virum hunc optimum miserunt in Isthmum; quo consulente navigarunt denuo in Lemnum. et cum ipse ab continente cum copiis proficisceretur, singuli deserentes oppida, in quibus manserant, una inde solverunt navibus impositi. occuparunt et urbem Cercedam; et dimisso inde magistratu, quem Zamplacones nominabant, eam praesidio imposito munivere; convehentesque frumentum et necessaria tum sibi tum Peloponnesiacis oppidis, ibant pergentes in Peloponnesum. haec quidem ea hieme in Peloponneso sunt gesta.

INDEX HISTORICUS.

BONNAE, TYPIS CAROLI GEORGII.